



DE 1665, 37 503.

JURE CON-
SUE TUDINARIO,
EXERCITIO JURIDICA,

25

Quam

ANNUENTE
SUMMO NUMINE,

PERMITTENTE

INCLYTO IN ILLUSTRISALANA JCTORUM ORDINE,
PRÆSIDENTE

Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo, ac Excellentissimo

DN. ERNESTO FRIDERICO

Schrötern/HEREDITARIO in Biffersstäd/
JCTO ET ANTECESSORE FAMIGERATISSIMO,

CONSILIARIO SAXONICO EMINENTISSIMO, CURIÆ

PROVINCIALIS, FACULTATIS JURIDICÆ ET SCA-

BINATUS ADSESSORE GRAVISSIMO.

Dn. Præceptore, Patrono ac Studiorum suorum

Promotore pie devenerando,

XII. Calend. Januarii anni ab orbe redempto

∞ 1665 LXIV.

publicè discutiendam proponit

in Auditorio Jctorum

Autor

THOMAS Rademacher

SUSATINUS.

J E N Æ.

Typis SAMUELIS KREBSII.



LIBER
DE
EXERCITIIS

ANNO
MCM

DR. THEODOR
HERBERT
JURIS
CONSULTORIO SAXONICO
PROVINCIAE FACULTATIS

DR. THEODOR
HERBERT
PROMOTOR

THOMAS
SUSATINUS

J. A. W. E.
Typis Samuels Karstii





JESU!

De

JURE CONSUECUDINARIO

DISCURSUS JURIDICI

PARASCEVE.



Rrior hęc, quā vivitur, atate virtus, hocve an tot retroelapsis corruptioribus vixerint seculis mortales moribus, inter doctos haut inelegans quęstio est? Communis certē & querula vox est: *Mundum indies deteriorari, longeq; pejora nostra prioribus esse tempora*; Probabilis econtra, nec à minorum gentium Politicis adserta sententia; non pejoris hęc, sed si non melioris, certē æqui esse cum prioribus, secula commatis, *Unamquamque Bodin. meth. atatem multa laudis & artium, imitanda posteris tulisse, nec omnia hist. cap. VII. apud priores esse meliora, Tacito autore lib. III. annal. c. 55. Epi. Balth. Casti- demicum scilicet hunc omnium ferē ætatum fuisse morbum, lionæus l. 1. Vetera ut extollerent, recentium incuriosa, Tacit. Agricol. c. 1. v. 1. aulic. pr. Nec Martialis ævo ignotum,*

Et sua quod rarus tempora lector amet:

Hi sunt invidia nimirum, Regule mores;

Præferat antiquos, semper ut illa novis.

Sic veterem ingrati Pompeji querimus umbram:

Sic laudant Catuli vilia templa senes.

lib. 5. epigr. 10

Ast ut nec forsan prior, ita nec posterior, omni ex parte beata est opinatio, media ut plurimum, sic forte & hic tutissima via est: ut enim negare, nonnulla in rebus naturalibus in

A 2

pejus

pejus mutata, & in moribus hominum indies in deterius mutarier, ipsa falsitas est; ita & ætates superiores prorsus sanctas adseverare, summa imperitia: Est, & fuit cuique ætati sua labe; Jam tot retrò seculis prudentes conquesti sunt vitia virtutum nomina induisse, *Tacit. histor. 1. 30. 2.* Fallere vitia specie virtutis & umbra. *Juvenal. Sat. XIV,* justitiæque fuco etiam injustissima quæque colorari negotia, & hodie conque-

Dn. Oldenkop. tr. de Jurejur. in alter. anim. n. 364.

runtur. *Consuetudinem* enim quæso solam, ut cætera mittam, intuearis, optimum illa profectò jus est, sed quot, quot depravatorum morum in republica fuit tegumen & pallium? Perniciosus, & ab omni ratione licet abhorrens si quis mos in rempublicam, in civitatem, in collegium aliquod irrepserit, statim usu recepta, inveterata, legitimè præscripta allegatur consuetudo, quæ amabo tritior obtrudendi subditis servitia via, quam unicus ille consuetudinis prætextus? Verbo, *peffima etiam, consuetudinis nomine pro nihilo habentur,* Salust. Jugurth. c. XXXI. f. Nequam vox: Sic moris, non sic

B.D. Schupp. tr. de Corin. p. 2.

usu receptum, ultimum sceleratorum refugium; Sed quantum *distant æra lupinis!* Horat. 1. Epist. VII. Vers. 23. Non, me fides, omnes vetustate pravitates adultæ consuetudo sunt, non cuncta hæc quæ in civitate longa temporum serie observantur, hoc honestissimo, honoranda sunt titulo, plura profectò ad huncce promerendum requiruntur adminicula; de quibus cum impræsentiarum exercitii gratia ulterius lubet differere, benevole ac humane Lector, non mihi aut injuriâ vitio vertes, si doctrinæ *Nominis* quædam præliminaria tribuam capita, non equidem nescius, multos hujusmodi onomatologias superciliosè ridere, putantes cum *Bl. volum. 2. conf. 33. n. 2.* leges nostras Prisciano non subjacere, nec *J*Ctos de verbibus curare, ut Br. scripsisse refert B. Dn. Ungepaur *exercit. IV. quest. 1. in nego.* Cum tamen his maximè in ipsius rei provehamur perceptionem, docente Magnifico Dn. Cancellario Thabore, Præceptore meo honoratissimo, *Jurisprud. Method. part. 3. sect. 4. §. 3. in Jec.* hisque neglectis in rebus facilis error, notante Taubmanno *dissertat. de Latin. lingu. circ. fin.* nondum pœnitet propositi, sed stat sententia, sit

CAPUT

CAPUT I,
De
Vocis Consuetudinis Originatione.

§. 1.

Romanum esse Consuetudinis Verbum apud omnes constat & in aprico est, quæ verò vera ejus radix, non tam propter Doctorum dissensum compertum: Summistæ, & in his Rochus de Curte JC. Gallus *ad c. cum tanto* §. de Consuetud. *præfat. n. 17.* à communi usu dictum arbitratur, ridiculè fanè: Cujacio deductum videtur *in Julian. ad l. 32. §. 1. ff. de ll. à consuendo*, eò quod ex pluribus populi factis, frequentique hominum usu quasi consuatur.

§ 2. Quæ Cujacii derivatio utut magis sapida, allusio tamen & hæc est, nec vera vocis originatio, Stoicorum prudentiam redolens: Hi enim satis esse ducebant, fingere aliquod etymon, modò virtutis aliquid, aut doctrinæ hac occasione instillare liceret. *Dn. Fesch. disp. de re venator. th. 3. lit. b.* Nos genuinos ortus debere credimus nostram vocem verbo *Sueo*, quod quamvis vix usurpatum reperies, Cicero tamen Latinarum literarum pater in epistolis, præsertim XV. *ad Marcell.* & Claudianus eo utuntur, & præpositioni inseparabili *Con*, idem quod simul vel cum denotanti. Confer si placet *Guid. Papam decision. Grationop. DC XXXI. n. 11.*

CAPUT II.
De
Homonymia seu ambiguitate.

§. 1.

His de genitoribus fata, communem experta sortem, variarum rerum indicina est, notat enim (1.) *morem seu usum quendam privatam*, vel quod idem est *privatam alicujus hominis, vel etiam animalis irrationalis adsuefactionem*, quæ Medicorum antistiti Galeno *ἰατρικῆς φύσεως*, hoc est super *adquisita natura*, *libr. de tuend. valetud.* (videsit *Bersman. not. ad Horat. libr. 1. Satyr. 3.*) Plutarcho *ἀλλή φύσεως*, alia
A 3 seu

seu secunda natura libell. *ἡ δὲ πάλαι ἀγορῆς*. D. Arnifæo tacita
institutio, argumento versus Horatiani

Vitiorum in se verit olim

Natura aut consuetudo mala. *lib. 1. Satyr. II. v. 35. 36.*
doctrin. Polit. cap. 1. n. 6 dicitur. Et in hoc significatus. *15. 7.*
de R. D. l. 5. § 5. ff. de A. R. D. de pavonibus, columbis, apibus,
cervis aliisque feræ naturæ animalibus, quod evolare & re-
volare soleant ex consuetudine, prædicatur. Confer si placet
l. 9 ff. de liber. & posthum. l. 50. ff. de legat. 1. Ciceron. libr. 1. Tuscul.
quest. de dolor. tolerand. Plutarch. l. c.

§. 2. (II.) Conjunctionem & familiarem conversationem, sic
Cicero *VI. epist. 9.* Cum A. Cæcinna tanta mihi familiaritas
consuetudoque semper fuit. *lib. IV. epist. 6. lib. VI. epist. 20.* ali-
bique passim, Terent. *in Andr.* ut neque me consuetudo, ne-
que amor, neque pudor &c. (III.) significat arctissimum il-
lud tam legibus probatum, quam reprobatum vitæ confor-
tium, ut *§. 1. Inst. de P. P. §. ult. 1. de Nupt. l. 24. ff. de R. N. V.*
Petr. Gregorii *Syntagm. jur. univers. libr. 1. cap. 2. n. 15.*

§. 3. (IV.) Ipsam carnalem commixtionem, ita Plaut. *in*
Cistellar. act. 1. sc. 1. v. 88. sed tunc cum quoque viro consuevisti?
Liv. lib. XXXIX. cap. 9. Huic (putat Hispalam meretricem) con-
suetudo juxta vicinitatem cum Ebutio fuit &c. (V.) Rerum judi-
catarum autoritatem, vel nudam observantiam, *l. 37. ff. de ll.*
l. 38. ff. eod. l. 1. l. ult. C. qua sit long. consuet. quas tamen rectius
Exempla seu receptiore nomine Præjudicia cum D. Xebhan
hodog. jur. Chart. 2. Climat. 1. Parall. 48. C. I. A. 0. 33. in not. de ll.
quis dixerit. (VI.) acceptatur pro actibus & factis plurium
personarum consuetudinem (propriè sic dictam) antegredi-
entibus & inducentibus, *l. 32. ff. de ll. c. consuetudo distinct. 1. Zas.*
in l. de quibus ff. de ll. n. 18. hocque in sensu exaudiendum est
illud Doctorum & Interpretum: *Consuetudinem esse facti*, adeo-
que probandam; Conf. D. Schützen *exercit. jur. disp. 1. 0. XXV.*
lit. a. Gail. libr. 1. observ. XXXVI. 2. Observ. XXXI. Mynling.
Centur. 5. Observ. XCVI. n. 1.

§. 4. (VII.) Denique denotat ipsum jus ex crebris &
iisdem populi factis & actionibus resultans. D. Ludvvell. *Disp.*
ad Inst.

ad Inst. l. 1. §. XIV. Roch. de Courte d. pref. n. 18. C. I. A. de ll. 1. 33. & hoc quidem duplex, vel illud quod in statu populari viget, arg. l. 32. §. 1. l. 35. ff. de ll. vel illud quod in quovis alio, sive populus hunc, sive primores, sive singuli regant, Tacit. IV. annal. 33. 1. vel etiam universitate quadam floret, observatur, arg. l. fin. que sit long. cons. hanc laxam, strictam illam vocant Doctores acceptionem.

CAPUT III.

De

Synonymia Consuetudinis.

§. 1.

Posterius ex his, extremæ acceptionis significatum nostræ (Zasii l. c. n. 19. vox est) farinæ est, variisque & infinitis penè à legum architectis, interpretibus & aliis viris doctis indigitari solet nominibus, potiora sunt, quod dicatur (1.) Jus non scriptum, §. 9. 1. de j. n. g. & c. §. 3. 1. eod. l. 32. ff. de ll. l. 33. l. 36. ff. eod. seu inscriptum, M. Fab. Quintil. lib. 3. partit. orator. 6. VI. Imperator Leo Nov. 1. ibi: nunc ex inscriptis & non aliunde, quam quod multitudini placeant & c. & paucis interjectis, ibi: has non amplius inscriptas & neglectas consuetudines & c.

§ 2. Rationem adpellationis diversi diversam adsignant, Ludvel, l. c. lit. a. Zasius l. c. n. 28. id respectu initii sic dici putant, quod inhabile sit per scripturam introduci: Rochus de Curte l. c. n. 5. 6. & 7. excussis aliorum sententiis non tantum de initio, sed de ipsa essentia interpretatur. Dn. D. Hahn observ. ad Wesenb. w. de ll. n. 1X. ab eo, quod non necesse sit scribatur, arg. l. 36. ff. de ll. denominarionem hanc arcessit, quæ, & prima, ut toleranda, media, Rochi sensu, rejicienda; sic nec forte omni modo nostro iudicio falsus esset, qui diceret, utique hanc & ab essentia repeti posse, ita tamen, ut sicuti vox $\tau\omicron$ scriptum expressam sanctionem (significatu sc. Juridico, Dn. D. Thabor Comment. ad 1. Feud. 1. rubr. n. 2.) notat, §. 11. 1. de R. d. ita oppositam $\tau\omicron$ non scriptum, per non expressam seu tacitam exponat. y. D. Ungepaur, exerc. 2. quest. 6. H. U. Hum.

Hunn. *encyclopad. jur. univ. part. 1. tit. 4. p̄fat. n. ult.* Zas. *ad d. l. de quibus n. 28. & 29.*

§. 3. Nec significatum hoc, ut suspicari quis posset, purior respuit Latinitas, Cicero enim decus illud Latinæ linguæ, *Orat. pro Rosc. Amerin. circ. med.* ait: *Sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges quibus utuntur scripserit*; junctis statim sequentibus verbis, ibi: *Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit.* Sic & verbum *γράφειν* toto die non literas pingere, sed haut rarerer expressè decernere, sancire, statuere significat, v. c. in illo Demosthenis: *γράφειν αὐτὸν θανάτω ξημιώσαι*, h. e. *clare decernes eum morte multare*, & alibi idem: *γράφειν πόλεμον*, *decernere bellum*; ac Plutarch. *γράφειν νόμον*, *legem ferre, sancire* scripsit: Mos forsan hic loquendi ab eo defluxit, quod plerumque leges literis & scripto proponerentur, non absimili ratione, ac hodie leges rogari dicuntur, quæ tamen nihil minus quàm rogatione feruntur. Videfis D. Conringium *d. de ll. §. 27.*

§. 4. Prono hinc nunc quasi alveo fluit, prædictorumque confectarium est, jus hoc nostrum utut scripturâ donetur, suo nativo tamen nomine non exui, cùm nihil magis ad essentiam ejus, illa non scriptio, ut ita loquar, facit, ac scriptio ad essentiam vel existentiam legis; nihil proinde impedit, quin postquam inducta fuerit, salvâ suâ naturâ per omnia, memoriæ faciliorisve probationis ergo tabulis committi possit; v. Petr. Ravennas *enarrat. c. cum tanto x. de consuet.* Zas. *l. c. n. 28.* ut ita infinitis litibus ac sumptibus innumeris, quos ad probationem fieri oporteret, via præcludatur, monente B. Hilliger. *D. E. lib. 1. c. 10. lit. 4.*

§. 5. Exempla nobis sunt Consuetudines nostræ Feudales, quæ quamvis per Obertum de Orto & Gerhardum Nigrum, referente Goldasto *p̄fat. part. 1. der ReichsSatzung* / privata autoritate in scripturam redactæ sunt, inde tamen consuetudinis nomen, quamvis aliter visum Schra. dero *2. part. 9. sect. 3. n. 110. seqq.* non exuere, v. Magnific. Dn. D. Struvens Jcti excellentissimi *Syntagm. jur. feudal. cap. 1. aph. 7. n. 6.* Zas. *l. c. n. 29.* Petr. Ravenn. *d. l. sect. 1. n. 4.* Sic testamentum

6
tum nuncupativum manet & est nuncupativum, licet postea
per Notarium ad memoriam in scripturam redigatur, per
l. 2. C. de testament.

§. 6. Notanter autem dixi: memoriæ faciliorisque pro-
bationis ergo, siquidem consuetudinem, si per modum ex-
pressæ sanctionis, ab eo penes quem jus illud majestaticum
condendarum legum residet in scripturam redigatur, in le-
gem & jus scriptum degenerare expediti juris est, per tra-
dita Bachov. *ad Trentl. disp. 1. vol. 1. §. 9.* Befold, *delibat. jur.*
libr. 1. ff. quest. 15. arg. l. 2. ff. pupillar. & vulgar. substit. pr. Inst. de
pupill. ibique Schneidewin.

§. 7. (II.) Mores, idque vel nudè §. 1. *I. de j. n. g. & c. l. 31.*
§. 20. ff. de Edilit. edict. l. 16. ff. de interd. & relegat. l. 3. §. 1. de
donat. inter vir. & uxor. C. Tacit. de morib. German. ibi: Plus ibi
boni mores quam alibi bonæ leges. Poëta Lyricus:

Res Italas armis tuteris, moribus ornes,

Legibus emendes.

lib. 2. epist. 1.

Quamquam tamen neutiquam dissimulandum putemus, hæc
in stricto sermone hætenus inter se differre, quod mores sint
actus consuetudinem præcedentes, adeoque inducentes *d. §.*
9. Illi enim efficiunt hanc, non hæc illos, per *d. l. de quibus ff.*
de ll. Consuetudo verò jus per mores in observantiam ci-
vium inductum, per dicta superiùs cap. II. §. 4. & 5. v. Dn.
Rebhan *hod. jur. Clim. 1. chart. 2. parall. 1. §. 47. in fin.* Mynsinger
Comment. ad §. sine scripto. 1. de j. n. g. & c. Hilliger. *D. e. l. c. lit. b.*
adeoque ut causa & effectus; Zasius ut Corium & Calceus
inquit *l. c. n. 21.* Roch. de Courte *l. c. n. 28.* adde sis post Domin.
de Soto *de l. & l. libr. 1. quest. VII. art. 2.* Dn. Hahn *ad Wesenb.*
de ll. n. 9. voc. moribus.

§. 8. Vel cum adposito: Mos inveteratus, *arg. l. 32. ff. de ll.*
Mos Civitatis, l. 34. §. 1. ff. de contrab. emptio. Moribus consti-
tutum & receptum jus, *l. 32. §. ff. de ll. l. 12. §. 1. ff. de judic. l. 1. ff.*
de donat. inter vir. & uxor. quamvis & hoc verbo jus aliquando
scriptum notari diffiteri non debeamus, *arg. l. 2. de vulg. & pu-*
pill. substit. l. 4. C. de donat. inter vir. & uxor. l. 5. ff. de O. & A. Mos
majorum, l. penult. circ. f. ff. de j. & j. l. 11. §. 1. ff. de his qui notan-

B

tur

tar infam. l. 1. §. 1. ff. de offic. ej. cui mand. l. 5. ff. de jurid. l. 9. pr. ff. de L. Pompej. de parricid. Cicer. dialog. partit. orator. c. LIII. circ. fin. lib. II. de ll. n. 50. Orat. pro Rosc. Amerin. circ. fin. libr. 1. epistol. 1. pr. libr. VIII. epist. 20. Mos usitatus, l. 32. C. de transact. Mos solitus, l. 20. §. 3. de agric. & censit. Mos vetus, Tacit. libr. 3. annal. Mos Romanus, Cicer. lib. VII. epist. 18. Mos fidelissimæ vetustatis, l. 18. C. de testam.

§. 9. (III.) *Stilus, Udalr. Zas. in d. l. de quibus n. 22. qui ramentum proprie loquendo differt ab illa ut genus & species; siquidem Stilus, seposito præter significata Grammatica vulgaris, quæ Lexicographi nobis fideliter suppeditant, v. Fabr. voc. Stilus, illo in l. 1. C. de SS. Eceles. dispositionem notante, est recepta judiciorum observantia formam tantummodò præscribens, quemadmodum acta judiciaria & sententiæ præscribi debeant, v. C. I. A. §. 45. seu, est practica Curie, (unde & non rarò cum additamento stilus curie dici consuevit;) circa processum observanda, Roch. de Curt. d. præf. n. 27. Hun. l. c. tit. 2. n. 1. Bachov. in not. ad Tr. d. 1. V. 1. §. 9. lit. a. adeò ut iudex hunc, (constantem puta & invariabilem, varius enim & difformis non observandus, sed potius tunc ad jus commune recurrendum, monitore Menochio lib. 2. præsumpt. 8. n. 21.) non observans, malè judicasse litemque suam fecisse dicatur, tradente Zasio ad d. l. de quibus. n. 22. aliisque ab Hunn. l. c. citatis. Serio & hinc ejus observatio Dnn. Cameralibus inculcatur R. A. zu Speter de anno 1570. S. Wivo auch 75. & S. Derhalben seq. ibi: wollen Wir hinit Kammer Richtern und Beisitzern auferlegt und geboten haben/hinsüro den löblichen alten Brauch und Stylum unsers Keiserl. Kammer Gerichtes/wie es iederzeits auf si bracht unverhindert zu lassen/sondern demselben so wol in decernendis processibus als decisionibus causarum zu folgen. & huc pertinere censet Treutler. d. §. IX. Vulgarum illud Doctorum verbum: Stylum Curie pro lege haberi, etsi forma ejus aliquo modo à jure scripto desleat; Præjudicia vide apud Gail. l. obs. L XV. n. 4. seqq. Hun. ad Tr. l. c. quest. 49. quibus pro placito jungi potest Dn. Christoph. Ludovic. Dither. integro de Stilo Curie tractatu. Nevi-
zan*

zan. *sybv. nuptial. libr. 3. n. 32.* Roch. de Courte *d. pref. n. 27.*
§. 10. Denique (IV.) nonnunquam Ritus, Cic. *lib. 2. de ll.*
ibi: ritus familie patrumque servanto; & alibi: ex patriis ritibus opti-
ma colunto. Usus, §. penult. *l. de satisdat. l. 39. §. 4. in fin. ff. de statu*
liber. l. 2. C. que sit long. consuet. 2. Feud. 1. Observantia l. 1. §. eod.
ff. ad SC. Silanian. l. 24. ff. ad municipal. l. 13. C. de edific. privat.
Gail. 1. obs. XXXVI. Praxis usitatae Inst. pac. c. 5. art. V. §. 12.
nominibusque sexcentis aliis, apud Rochum de Curte *d. pref.*
n. 29. seqq. Althusium *dicaolog. libr. 1. cap. XV. n. 20.* videndis
largissimo sensu indigitur: Potiora siquidem constrictiori
significatu proprioque maxime à consuetudine distingui,
nullius cerebri sit, qui non videat: Ritus siquidem, ut brevi-
ter hoc notemus, observantiam tantum denotat circa sole-
mnitatem actus, maxime sacri; ut Virg. *Aeneid. XII. morem*
ritusque sacrorum: unde & Festo *in ritualib.* mos est compro-
batus in administrandis sacrificiis, v. Gothofr. *ad rubric. de*
ritu nuptiar. lit. b. Roch. d. pr. n. 28.

§. 11. Observantia magis ad finis est, adeò ut vix diffe-
rentiam inter hanc & illam agnoscere ausint delicatiores,
conferri potest Dither *addit. ad thesaur. pract. Besold. voc. Obser-*
vantia Treutler. *V. 1. d. 1. §. 9. lit. ibique Bachov. & Hunn. C. I. A.*
§. 44. ubi observantia uno actu & sententia induci in nudo-
que actu consistere ex Berlich. *2. concl. 53. n. 67.* & præscriptio-
nem temporis aliaque in probatione observantia, quæ in
consuetudine necessaria sunt, non requiri adseritur.

§. 12. Usus ejusdem ferme naturæ est cum more, de quo
§. præced. 7. nisi quod in stricto sensu hoc adhuc interesse vi-
deatur, quod usus tam de frequentia, quam singulis, mos au-
tem solummodo de frequentia actuum dici possit, sicque mo-
re latius pateat consuetudo, doctore Hanio *l. c. Court. d. l.*
28. seqq. ubi plura Synonyma.

§. 13. Et horum respectu jus hoc nostrum Germanis no-
stris modo dicitur: ein alter Gebrauch und Herkommen. R. A.
zu Speier de anno 1545. §. Desgleichen sollen / modo: ein löb-
lich hergebrachter Gebrauch; alt wol hergebracht und billiger Ge-
brauch / Herkommen und Gebrauch. R. A. zu Regensburg de anno

1532. tit. III. Unverrückte Gewonheit. Schneid. l. c. redlich und
erbar Gewonheit. R. D. de anno 1555. part. I. tit. XIII. §. 1.
Wehner. Obl. pract. verbo Herkommen/ Besold. & Dither ll. cc.
vocib. Usurpang & Observang multisque aliis apud Docto-
res passim videndis, nobis satis hæc sunt, & plusquam forte,
de nomine, pernici jam properamus planta ad

CAPUT IV.

De

Definitione reali consuetudinis.

§. 1.

DE quâ solliciti, perscrutantes mystarum utriusque ju-
ris oracula miram profectò reperimus dissonantiam;
Gratiano, postque eum Canonistis communiter con-
suetudo *jus est moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum
deficit lex*, quam quamvis logicam non agnoscat Zasius l. sæ-
pius citato, tamen hoc in ecclesia legali non curari scribit
n. 20., verene an secus penes alios sit arbitrium. Petrus Ra-
vennas ex Bartol. in l. c. de quibus 32. enarrat. in ht. de cons. f. 1.
n. 1. Consuetudinem *jus non scriptum dicit moribus & usibus
populi vel à majore parte ipsius, ratione initiatum & continuatum
& introductum habens vim legis*. Wesenbecius nobis hanc re-
liquit: *Consuetudo est jus civile non pugnans cum lege natura &c.
alii alias, vid. Dn. Keinking R. S. & E. l. 1. c. 2. c. IX. n. 1. Bekkar.
Synopsis. jur. publ. l. 4. c. iii. n. 5. Schütze d. 1. §. XXV. Obrecht.
tr. de princip. jur. c. 16. n. 5. Harprecht. ad §. sine scripto n. 1.
Hunn. Encyc. p. 1. t. 4. n. 47. quarum sit sua cuius pulchra
nobis ita concinnata perplacet: Jus Consuetudinarium est jus
Civile, frequentibus ac diuturnis civium actibus inductum tacitoque
majestatis adfensu comprobatum.*

§. 2. Jus Civile diximus, nec ut putamus falsò, quippe
non tantum ipsa juris voce indigitatur, l. 36. ff. de ll. l. 32. §. 1.
ff. eod. §. 9. l. de j. n. g. & c.; sed & expressissimè ab Impera-
tore nostro §. 3. 1. d. t. l. 6. §. 1. ff. de j. & j. à Papa c. jus distinct. 1.
species juris constituitur: accedit quod jus civile fit id quod
quisque

quisque populus ipse sibi constituit, per §. 1. 7. de j. n. g. & l. 9. ff. de j. & j. consuetudinem verò quisque populus sibi constituit, l. 32. §. 1. ff. de ll. quod an tacite an expressè fiat nihil refert; Voluntas enim jus facit, quam populus suffragio ac rebus ipsis & factis declarat, inquit Julianus, quid interest? Hinc & Cicero vel quisquis sit autor Rhetoricorum ad Herenn. lib. 1. c. 36. consuetudinem ius dicit, quod leviter à natura tractum aluit & majus facit usus. & libr. 2. c. 26. jus vocat, quod sine lege, æque ac si legitimum sit usitatum est, item libr. 2. Rhetor. (qui vulgo de inventione Rhetorica inscribitur) cap. 13. jus appellat quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobavit.

§. 3. Unde & loci cujusvis consuetudinem pro jure communi in eo haberi, ipsiusque nomine optimè venire, præter experientiam, efficacem rerum omnium magistram, c. quam sit 6. de elect. & elect. in 6. docent Doctores unanimiter, v. Gail. lib. 1. obs. 36. n. 13. Hunn. l. c. tit. 4. præf. n. 7. ibique citat. Nec vel minimum nostrum labefactat assertum, eam esse facti, cum hoc de introducenda, prout adhuc est in fieri, qua facti esse utraque largimur manu, nullatenus verò de introducta exaudiendum sit, optime mōnente D. Schüzzen d. 1. ad Instit. 6. 25. lit. a. Zas. l. c. n. 7. quibus confer si placet cap. nostri II. §. 3. ubi hæc leviter & quasi in indice notavimus.

§. 4. Generis ita vindicati corollarium est, utique & illum in quem de causa quadam controvertentes compromittant ut de jure pronunciet, secundum consuetudinem loci pronunciare posse, imo debere, nî si dolo vel culpa sententiã juri consuetudinario contrariam tulerit hoc quasi, illo casu, veri delicti reus esse velit, tradente Dn. Wachman. diatrib. de conf. concl. 17. lit. a. Dd. communiter ad pr. 1. de obligat. que ex quas. del. nec distinguendum putamus cum Barb. in C. cum tanto x. de consuetud. an compromissum factum sit à partibus in arbitrum, an verò à principe. causæ cognitio cuidam demandata sit? cum posterius compromissum non esse, in vulgus notum sit. Cui etiam nostræ opinationi subscribit Abb. Panormitan. in cap. final. x. de consuet. Felin. c. jus generale 2. dist. 1. Rochus l. c. prolixis & variis rationibus eam probantes, quæ

locis allegg. cum jam tùm de adfertì veritate constet, pro cuiusvis beneplacito videri possunt, nobis ut incidenter sic remissivè hæc tetigisse sufficiant.

§. 5. Divisiones insequuntur methodi lege, quarum numerus certus, an verò omnes hoc nomine dignæ, dubitant quamplurimi, famosior sanè, si non ex optimis est, quod universalis quædam consuetudo, quæ in toto aliquo imperio viget, ein durchgehender Gebrauch und gemeine Gewonheit/quædam particularis seu localis, einländisch Herkommen und Manier dicatur, & fundata videtur *R. O. part. ltit. LVII. de qua & aliis vid. Cluten. diatrib. de Jur. Canon. anthor. C. I. A. de ll. 0. 33. Wefenbec. w. de ll. n. IX vers. consuetudo duplex, ibique latè Dn. Hahn/ ubi novem numero consuetudinis distinctiones recenset, nos illis non immoramur transeuntes tandem ad*

CAPUT V.

De

Causa Efficiente consuetudinis.

§. 1.

Præcognita hætenus, modò ad rem ipsam, cujus scientiam ex causarum cognitione haurimus cum Doctoribus, *Zaf. w. Procem. n. 3. Dn. Thabor. prof. C. I. A. ad Lector. & profat. ad Antecess. Argentor. part. Elem. p. 1. 0. 5. cnd. Mejer C. I. A. prof.* Efficientem facientes cum Wefenbecio & aliis *wegna (qprlxlw)* unam, alteram Physicam, illam (licet aliquanto laxius sumpto vocabulo) nostri juris, vel ipsam gentis alicujus credimus esse indolem, inclinationem & genium, quo ad hoc vel illud populus agendum pronus est, unde alibi Veneri, alibi Baccho faventes, hic libertatem, illic barbariem, istic aliud sapientes curiosus reperiet consuetudines: vel singularem ejus penes quem in civitate τὸ νόμον, prudentiam, cum quòd minus tutum, nec ex re reipublicæ apertè sancire sensim civibus insinuat, taciteque ipsis vix advertentibus autoritate juris induit: Exempla hujus hodiè ut ubivis plurima, sic odiosa; Romulum certum est non magis

gis

gis expressis legibus, quàm consuetudinibus regimen suum fundasse ex Halicarnass. histor. & de Augusto testis est Horatius, quod res Italas non minus moribus ornaverit, quàm legibus emendaverit lib. II. epist. I. Sed hæc arcanorum magistri fusius.

§. 2. Hanc, principem dicimus aliam, aliam administram, illam, ut juris scripti legumve communi JCC. & Politicorum suffragio est legitima & expressa ejus per scripturam vel præconem, ita nostri juris non scripti tacitam quandam per frequentes ac diuturnos actus factam, constituimus quasi promulgationem, quâ non minus, ut jus scriptum expressè, sic illud tacitè probabiliter & verisimiliter civibus innotescere potuit, debuit: jus quippe non intellectum, neque in notitiam subditorum deductum neminem obligat, per l. 9. C. de jur. & fact. ignor. cap. 1. de concess. regula enim & mensura actionum jus, vana autem est regula, nisi operantibus applicetur, quod fieri non potest, nisi per notitiam, ut ex Thoma l. 2. quest. 90. art. 4. Soto quest. 1. art. 4. de l. & l. eleganter notat D. Conringius d. l. 7. cui jung. Consultiss. Dn. Le Bleu tr. de ll. & privil. n. 10.

§. 3. Hujusmodi ergo & tot requiri actus, ex quibus verisimiliter jus hoc in notitiam civium deduci possit, concors est interpretum opinatio, v. Magnif. Dn. D. Struven exerc. 2. 7. 20. D. Neinsing R. S. & E. l. 2. cl. 2. cap. 6. n. 12. Gail. 2. obs. 31. n. 1. & 6. Mynsing. obs. cent. 6. obs. 41. n. 7. Schneidew. ad §. sine scripto n. 6. Matth. de Afflictis decis. Gratianop. 388. n. 7 jurisque expeditissimi l. 2. C. que sit long. cons. l. 3 C. de adib. privat. arg. l. 32. ff. de ll. §. 9. l. de j. n. g. & c. an verò certus eorum tutò possit definiri numerus?

Doctores certant & adhuc sub judice lis est. Horat. de art. poet. v. 78.

§. 4. Affirmantium qui castra sequuntur, non una stat omnibus sententia, quidam eorum, teste Mynsing. comm. ab §. sine scripto 9. l. de j. n. g. & c. Zasio d. l. n. 30. unicum insignem notoriumque sufficere actum produnt, arg. l. 2. §. 33. ff. de quid in loc. publ. cum quibus transit Petr. de Bellapert. postque

postque hunc sæpius cit. de Court. f. 4. u. 43. Zas. l. c. n. 53. hoc tamen prævio interpretamento adfertur de successivo, e. c. si pons in publico fiat, non momentaneo actu exaudiendum.

§. 5. Quidam binum requirunt actum, non tamen eodem die, sed diversis temporibus, (cum lapsu scilicet decennii, interprete Abbate Panormit. in c. fin. x. de consuet. Br. d. l. de quibus lect. 2. n. 15. hosque probans & referens Gail. u. obs. 31. n. 7. hoc tamen addito moderamine procedere demum, si actus ita sint notorii, ut verisimiliter in notitiam populi venerint) observatum, Mynsinger. ad d. §. 9. n. 6. observat. cameral. Cent. 6. observat. 41. n. 7. Vultej. comm. ad §. sine scripto 9. n. 8. moti (α) l. 3. in fin. C. de episcopal. audient. in qua Impm. illum qui bis deliquit delinquere consuetum esse, rescribere videntur; Myns. l. c. adeoque binarium actum ad consuetudinem sufficere. (β) Pr. 1. de Codicill. ubi jus Codicillorum duobus actibus Lucii puta Lentuli & Divi Augusti introductum dicunt.

§. 6. Verum cum per tradita & hætenus discussa frequentes requiri actus ad consuetudinem, ad oculum constat, haut pauci huic calculum adjicere suum, non omnimodò consultum ducunt sententiæ, cum ipsa ratio dicat, clarique & perspicui sit juris, illud quod semel vel bis factum, frequenter factum non sine maxima posse adferri absurditate, arg. l. nam ad §. junct. l. 1. ff. de ll. l. 15. §. 22. ff. de injur. l. 3. §. final. si pars hered. petatur l. 64. ff. de R. I.

§. 7. Nos, salva tamen aliorum autoritate illos Doctores tutissimo putamus incedere passu, v. Magn. Dn. D. Struven exerc. 2. §. 20. B. D. Franzke comm. ad ff. de ll. n. 112. Dn. Ludvvell. p. m. ad §. sine scripto n. 4. Schottan. Exam. jurid. sub rubr. quæ sit long. cons. D. Gerhard. quest. illustr. exercit. 1. quest. 8. B. Schütze exerc. 1. §. 15. lit. b. & c. qui cum in jure nostro, sine quo tamen loqui erubescimus, Novell. 18. cap. 5. l. 3. §. ult. ff. de prævar. l. 19. C. de collat. nihil hac de re expressè definitum legant, id discreti bonique judicandum judicis relinquunt arbitrio, ut is prudenti circumspectoque consilio ex actuum quali-

qualitate arbitretur, an in potitiam populi pervenerint, an minus: nec hoc sine ratione, toties quippe ad iudicis recurrimus arbitrium, quoties aliquid non satis reperitur iure definitum, *facultate l. 1. §. ult. ff. de jur. deliber. l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 32. ff. de usur. l. 1. §. 1. ff. de effractor.* quare ergo quæso hic, cum jus nostrum certum quid haud definiverit, id non potius iudicis committeremus iudicio, adeoque ad arbitrium ejus recurreremus, quàm temerè & ἀλογῶς quid definireremus; inspice sis *Zaf. l. c. n. 53. B. Arum. Exerc. ad Inst. 1. 6. 20. Hillig. D. E. lib. 1. c. 10. lit. g.*

§. 8. Nec vel quidquam nostræ decedit sententiæ per adversantium opinionum patrocinia, siquidem prior ex his oculariter vacillat, adeoque vix refutatione digna, vid. *F. Quintil. lib. V. orat. instit.* Exemplum de ponte super flumine publico constructo quod attinet, aliaque, magis certè illa præscriptionem quam consuetudinem olent, *B. D. Franzk. l. c. n. 3.* aut si vel maximè ad consuetudinem referenda essent, dixerimus utiq; utendo ponte plures actus intervenire, quod & ipse non obscurè videtur agnoscere *Rochus dissentiens §. VI. n. 43. circumend. add. Schneidew. in comm. ad sione scripto inst. §. n. 6.*

§. 9. Posterioris adsertionis fundamenta speciosiora videntur, sed verè videntur, ex textu quippe *l. 3. adductæ (1.)* pessimum ab unius hominis adsuefactione ad consuetudinis introductionem ducitur argumentum, conf. *B. Dn. Ludvvell. comm. ad Inst. §. 9. 1. de j. n. g. §. c. n. 4. supra cap. nostri II. §. 1. §. 4. (2.)* non dicunt *Impp.* quod consuetus sit, sed quod consuetudini deputaverit, h. e. consuescere velit, *Gewonheit draus machen wollen;* & hanc interpretationem suadet ipsa ratio, quæ bino actu habitum adquiri inauditum dicitur.

§. 10. Nec nocet adlatum *pr. 1. de codicil.* etenim si vel medio oculo illud inspiciamus, abunde constat, non uno atque altero *Lentuli* atque *Augusti* actu jus hoc codicillorum receptum, sed à pluribus (præclarè id innuente *versu deinceps reliqui*) postea usurpatum fuisse. Quid? quod dicere possemus, jus hoc non moribus populi, sed auctoritate *D. Augusti*

C

intro-

introducitur, vi ejusdem pr. Conf. Hunn. *variar. resolut. lib. 1. tractat. 1. quest. 25.*

§. II. Frequentes autem seu crebri hi civium actus, cum in tempore fieri, ceu loquitur Bachov. *ad w. Wes. de ll. n. 9. lit. S. & in animadv. ad Tr. t. 1. D. 1. 0. 9. lit. F. voce: diuturno tempore.* necesse habeant, non minus graviter quam haecenus in definiendis actibus in temporis adsignatione decertant utriusque juris interpretes; adeo ut locum hic invenisse videatur illud Petrarchæ *epistol. VI.* quod nimium altercando veritas si non amittatur, certè tamen haut mediocriter obumbretur & dissipetur, v. Joan. Nevizan. *Sylv. nuptial. l. 1. n. 1. & 2.* tanta enim hic sunt opinionum divortia, ut cui tuto adsentiri possis, merito hæsites: Nos *Cus Jodias* ergò ad duas classes, agentium scilicet, certum posse & deberi tempus definiri, & negantium referemus.

§. 12. Agentium partes omnes fermè tutantur & Legum & Canonum Antistites; v. Bocer. *cl. 1. disp. 4. 0. 7.* modo tamen diverso: Hi enim Canonistæ omninò distinguendum arbitrantur, an consuetudo sit præter vel contra jus seu Canones: priori casu decem annorum sufficit decursus, tradente Panormitano post *gloss. in cap. fin. x. de consuetud.* hac tamen cum limitatione, nisi tendat ad detrahendum juri Ecclesiæ vel Clericorum. Roch. de Courte *l. c. f. 3. n. 32. & 33.* posteriori casu requirunt tempus XL. annorum per rationes à cit. de Court. *n. 35. seqq.* adsignatas, quæ ibi cum hujus conclusionis limitationibus variis videri pro placito possunt. Potissima hæc est, quod in *c. fin. x. de consuet.* eam præscriptam debere esse dicatur: Præscriptam autem dici, explicatore Abbate, quæ obtenta est per cursum temporis requisiti ad præscriptionem.

§. 13. Illi, juris Civilis Antecessores scilicet, simpliciter five præter (hoc est casibus jure civili non decisis) five contra jus fuerit, decennium exigunt, ratiocinamentis nisi & generali & specialibus: Generale est, quod longè & maximè sit securius certam habere regulam, quam omnia judicis committere arbitramento. B. Dn. Arum. *ex. Justin. l. 0. 19.* specialia sunt

sunt (1.) quod consuetudo dicatur longa l. 35. ff. de ll. rubr. & l. 1. C. qua sit long. consuet. (2.) quod appellitetur diuturna § 9. l. de j. n. g. & c. l. 33 ff. de ll. diuturnum autem & longum tempus in jure concludi decennio expediti ordinariique juris esse per l. 16. § 3. qui & à quib. manumiss. rubr. & l. penult. C. de long. temp. præscript. §. 1. l. de usucap. l. penult. ff. de prætor. stipulat. l. 15. §. 2. ff. de damn. infect. t. t. C. de præscript. long. temp. l. 1. in fin. ff. de aq. & aq. plu. arcend. l. 2. C. de servit. Et hanc sententiam præ cæteris amplexantur Gail. 2. observ. 31. n. 3. Zas. d. l. de quibus. n. 34. Schneidewin. ad. d. §. n. 5 Mynsing. ad eund. §. n. 5. & Centur. 6. obs. 41. n. 9. & 10. ubi & hanc non tantum communem esse opinionem, à quâ non recedendum facile per tradita Gail. 1. obs. 153. n. 5. Treutler. 1. D. 1. §. 8. Joh. Nevizan. sylv. nuptial. lib. 5. n. 1. p. 485. sed & in Camera receptam esse asserit. Vultej. Comm. ad 1. ad § 9. d. Wesenbec. w. ff. de ll. n. 8. vers. ad inducendum. Veritati tamen magis consentaneum probabiliusque Jus Saxonicum non decennium, sed tricennium & ultra, Jahr und Tag requirens. Landrecht l. 1. artic. 29. Jahr und Tag autem jure Saxonico est unus annus cum sex septimanis, gloss. in Sachsenspiegel art. 38. libr. 1. Weichbild artic. 21. post pr. vers. Jahr und Tag. junct. vers. das seyn sechs Wochen. Lehrrecht cap. XVI. quibus tamen sex septimanis hodiè ex consuetudine adhuc in foro Saxonico tres dies adjici notat D. Berlich. decis. 115. ita ut in foro Saxonico XXX. anni & I. annus cum VI. septimanis & III. diebus. Conf. Schneidewin. l. c. n. 5. in fin. vers. de jur. Saxonico.

§. 14. Dicta verò limitanda utriusque censuræ suadent Doctores, nonque procedere in his, quæ principi in signum supremæ potestatis sunt reservata, veluti quando populus citra superioris concessionem sibi tribuit exercitium regalinm; In iis enim requiri immemorialis temporis seu cujus memoria non extat, hoc est ut vulgò definitur centum annorum, arg. l. 2. §. 5. ff. de aq. quot. & astiv. Mynsing. cent. 5. obs. 29. n. 13. Aymon Cravett. de antiq. tempor. part. 4. præscriptionem, per C. super quibusdam 26. §. de V. S.

§.15. Negantes, certum scilicet definitumque exigi, congruèque determinari posse tempus, præsertim moventur eo, quod tantum temporis in introducenda consuetudine requiratur, ex cuius decursu verisimiliter civibus innotuisse, eorum voluntatis constantiam adparuisse, colligi possit, hoc autem quia incertum sit, cum modò citius, modò serius de his edoceamur, etiam tempus illud consuetudini destinatum incertum esse, v. Hug. Grot. *de j. b. & p. lib. 2, c. 4. n. 5. in fin.* C. I. A. 0, 37.

§.16. Cui accedit, quod consuetudo non rarò dicatur prisca, l. 5. C. qui mil. pos. antiqua, l. 9. C. de jur. fisci. inveterata, l. 32. §. 1. ff. de ll. longæva, l. 2. C. qua sit long. conf. mos fidelissimæ vetustatis, l. 8. C. de testam. vetustissima, l. ult. pr. C. de privileg. scholar. perpetua, l. 6. pr. ff. quod cuj. un. nom. spatium quod hominum memoriam excedit, l. 3. §. ductus ff. de aq. quot. & est. antiquitus probata & observata tenaciter, l. ult. C. qua sit long. conf. semper, l. 32. §. penult. ff. de administr. & peric. tutor. & jugiter observata, l. 3. pr. de privil. scholar. mos majorum, l. 1. §. 1. ff. de offic. cj. cui mand. à Plutarch. *ἡλικία παιδ. ἀγωγ. τὸ ἡδὲ πολυχρόνιον*, ab Arist. 2. Polit. *τὸ χρόνον πλεονάζον*, quæ sanè cuncta non decennium, sed longius indefinitumque potius exigere tempus haut obscure innuunt.

§.17. Inveteratum enim, ut cætera taceam, non dici consueville, quod X. abhinc annis ceperit, sed quod longius, arg. l. final. ibiq; gl. & Gothof. C. de fund. rei privat. B. D. Franzk. in comm. ad w. tit. de ll. n. 117. imò ad hominis ætatem se extendit, explicante Cicerone lib. 11. de natur. Deor. n. 5. ibi: *Nec una cum seculis ætateque hominum, hæc opinio divinitatis inveterare potuisset.* Hominem autem centum vivere annos præsumi testis sit Menoch. 6. præsumpt. 49. n. 2. Vide tamen Anton. de Guevara 3. Epist. XXI. Anton. Gabriel. in comm. conclus. tit. de præsumpt. concl. 16. n. 3. Nec vetustissimum esse decem annorum spatium, vel ipsam vocem arguere, vid. l. ult. C. de fund. rei priv. ibique gl. & Goth. nec tempora cætera decennio absolvi in pro-patulo esse, siquidem longævum, tempus centum annorum esse, constat ex l. 56. ff. de usuf. l. 23. C. de SS. Eccles. imò tempus fore

forè sempiternum significare autoritate Ciceronis dicentis:
Romulus in cælo cum dies agit ævum; pateſcat. Perpetuum XL.
vel *XXX.* annorum ſpatium denotare ex *pr. l. de perpet. &*
tempor. act. eniteſcit; ſpatium immemoriale centum annis,
vel tempori paulo minori congruere docat Cravetta *de an-*
tiq. tempor. part. 2. part. 4. pr. n. 2. Et ſic deinceps.

§. 18. Nec quidquam his officere rationes, textusque ab
adverſa parte adductos, ſiquidem rationem primam tum
demum procedere tradunt Doctores, cum certa regula poſſit
haberi, quod hoc in caſu negatur: Nec obſtare rationem ſe-
cundam ex præſcriptionis materia deductam, cum illa ma-
ximè claudicet, longè enim aliam eſſe rationem conſuetudi-
nis, aliam præſcriptionis neminem fugere, hæc privatis tan-
tum jus quærat, illisque dominium paret, illa omnibus civi-
bus jus introducat, hæc inducatur non niſi ſcientibus & con-
ſentientibus, illa etiam currat adverſus ignorantes & neſci-
entes; Conf. Didac. Covarruv. *part. 2. lection. C. poſſeſſor de R. J.*
in 6. §. 3. n. 2. B. Dn. Ungepaur. *ex. Inſt. 2. quæſt. 7. in nego. Zaſ.*
l. c. n. 23. C. I. A. *th. 43.* Bachov. *ad Weſenb. w. l. c. n. 9. lit. S.*

§. 19. Nec hoc ſimpliciter illis largiendum arbitrantur,
longum & diuturnum tempus ubique decennium ſignifica-
re, C. I. A. *th. 37.* Cuj. *18. obſ. 8.* præſertim in præſcriptionis
negotio, in vulgus enim notum eſſe, interdum illud definiri
triennio, ut in præſcriptione rerum mobilium, *l. un. C. de uſuc.*
transform. quandoque decennio, ut rerum inter præſentes
Immobiliium, *l. 12. C. de præſcript. long. temp.* haut rarò vici-
nio, ut inter abſentes immobiliium, *d. l. 12. & c. v.* B. Dn. Unge-
paur. *l. c. in nego. B. D. Gerhard. Ex. 1. quæſt. illuſt. 8.*

§. 20. Nec eſſe quod quisquam communem objectet opi-
nionem, ſiquidem quamvis magna ſit ejus autoritas, non
tamen tanta, ut ſi meliora videantur, veritatique, cui ſemper
tenaciter inhærendum, magis conſenſanea, ab ea diſcedere
nec liceat, nec fas ſit, teſte Bocerò *cl. 4. diſp. 16. n. 8. lit. c.* Har-
precht *comm. ad pr. Inſtit. de R. D. & A. I. D. n. 144. & §. 2. 1. de do-*
nat. n. 117. eum potius ſalutariter admonente Seneca filio
lib. un. de vit. beat. ad Gall. fratrem: nihil magis nobis præſtandum

fit, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quâ eundum est sed quâ itur. Tritissima quæque via ac celeberrimâ maximè decipiat. Nec enim, inquit, quisquam mihi dixerit, hæc pars major esse videtur, sed vel ideò pejor est, quia non tam benè, cum reb9 humanis agitur, ut meliora pluribus placeant, argumentum pessimi turba est. Quarendum quid optimè dictum non quid usitatissimum. cap. 11. jung. exod. 23. v. 2. Bach. ad Tr. disp. 1. §. 8. Reinking R. S. & E. lib. 2. cl. 2. c. 11. n. 53. Zas, ad l. 2 §. post hunc n. 29. π. de 10. Ruprecht. d. de jur. publ. §. 20. lit. a. de præjudiciis conf. Fichard. 2. consil. 59. n. 8. & 9. Cothman. vol. 1. respons. 13. n. 124. B. Ungepaar. exercit. 7. quest. 4. in nego.

§. 21. Nec obesse adductum c. fin. vel enim ibi, advertente B. Dn. Franzk. l. c. n. 119. consuetudo analogicè præscripta dicatur, vel si vera intelligatur, Pontificem communi opinione, ut alias sæpiusculè, sic & hîc deceptum fuisse.

§. 22. Quæ igitur cum omnia ita sint, uti revera sunt, longè consultius acturos se fore sperant, si ut de finitionem actuum, de qua antea, sic & totum hoc negotium, in tempore determinando, prudenti circumspecti judicis committant arbitrio per l. 1. §. final. de jur. deliberand. qui pro negotiorum varietate & qualitate modò longius, modò brevius tempus determinet. H. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 11. c. 4. n. 5. Cui etiam ceu probabiliori nos ultrò subscribimus.

§. 23. Et hæc princeps causa: administra est, tacitûs ipsis factis declaratûs populi consensus, l. 31. §. 1. l. 35. ff. de ll. qui cum & actibus extrajudicialibus significari possit & exprimi. (1.) quare districtè quidam judiciales, inque judicio contradictorio, contentioso obtentos requirant non videmus, vid. Sutholt. dis. 1. aph. 92. ibiq; Nobilissimum & excellentissimum JC. Dn. Schröterum Patronum nostrum maximum & præceptorem pie devenerandum in curatis notis, voc. non districtè putamus. Ravenn, d. l. f. 3. n. 68. D. Reinking. R. S. & E. l. 11. cl. 11. c. 9. n. 14. C. I. A. §. 37. in quo nos in super firmat (2.) quod in his, quæ solo consistunt consensu, non requiratur judicis præsentia, arg. l. 28. C. de transact. & eorum quæ curatè hac de re colligit Schultes quest. 78. D. Reinking. l. c. ubi pluribus (3.) quia

(3.) quia consuetudinem à rerum] judicatarum autoritate aperte separat JC. Callistratus l. 38. ff. de ll. per vocem aut (quæ sua natura inter diversa ponitur teste Besold. *Thesaur. practic. voce oder* ibi Dn. Dither in addit. & in spicileg. itidem voce oder Reinking. l. c. lib. 1. cl. V. cap. X. n. 28.) videtis Harprecht l. c. n. 34. & 36. ubi longum doctorum adsentientium necit catalogum. Cujac. XX. obs. 1. Zas. d. l. n. 31. Gail. 11. obs. 31. n. 8. in fin. ubi & hanc Cameram sæpissimè secutam fuisse tradit. Vultei. ad §. 9. l. de j. n. g. & c. n. 10 & c. (4.) ipsa experientia, quæ innumera nobis hujusmodi extrajudicialibus actibus inductas suppeditat consuetudines, v. Arnif. de Republ. s. relect. lib. 11. cap. 6. sect. 5. n. 62.

§. 24. Ne hanc nostram enervat sententiam l. 34. ff. de ll. ubi JC. respondet, eum qui de consuetudine alicujus civitatis confidit, primum explorare debere, an contradicto iudicio firmata sit, respondemus enim, verba hæc minimè gentium necessitatis esse, sed consilii tantum, suadere ibi JC. quod si de consuetudinis alicujus validitate controversia sit, & disputetur, in primis dispiciendum esse, seu ut ibi dicitur, primum explorandum, an in contradictorio iudicio sit firmata, hoc est an iudex pro consuetudine aliquando pronuntiaverit, de quo si constiterit brevissimam mutissimamque esse viam probandæ consuetudinis, si modo hoc factum doceatur, sicque textus ille non de introducta loquatur v. Cl. A. §. 34. & 37. non enim ut post Abbatem in d. c. fin. n. 16. colligit B. Dn. Franzk. id, quod nondum est, sententia declarari potest. Si verò actus judiciales de introducenda accipias, vix ullum, quoad hoc punctum, videmus inter hos & illos discrimen. Nec obstat l. 1. C. quæ sit long. consuet. unius enim inclusio non est alterius exclusio: vid. Harprecht l. c. n. 36.

§. 25 Ex eodem principio removentur hîc actus vi aut metu gravi descendentes, cum hi non sint consensum significatorii, nihil enim consensui tum contrarium, quàm vis & metus per l. 116. ff. de R. 1. item ex ignorantia aut errore permanentes, cum nec errantes consentiant, quid enim, inquit, JC. tam contrarium est consensui, quàm error l. 15. ff. de iuridict.

nec

nec obest l. 39. ff. de ll. ubi quidam ex eo, quod Celsus illud quod errore primum introductum, postea consuetudine obtentum, in casibus similibus non obtinere dixerit, colligere volunt. ergo tamen in iisdem obtinere: sed falso, hic siquidem sensus est: non valere talem putativam, cuius jam error detectus, consuetudinem, ad exercendos actus, iis qui ex hac agebantur similes. vid. B. D. Franzk. n. 95. Dn. Hahn obs. Wes. l. c. voc. *actuum frequentia*. Nec est quod dissentientes sibi quid præsidii querant in eo, quod tamen actus seu negotia illa ex tali consuetudine, ante errorem detectum gesta, non irritentur & annullentur, hoc enim tantum fit intuitu boni publici, quod maxime alias læderetur arg. l. 3. ff. de offic. prator. & traditorum à Fr. Hotoman. *quest. illustr.* 17. Franzk. l. c. n. 98.

CAPUT VI.

De

Consuetudinis probatione.

§. 1.

Et hucusque de causis inducentibus nostræ consuetudinis, de quibus si non exactè & legitimè constiterit, adeoque hæc nondum facta notoria, sed facti adhuc, (in notoria secus, vid. Matth. de Afflict. *præjud.* n. 14. Magnif. D. Struven *syntagmat. jur. feudal. cap. 1. aphor. 7. n. 7*) ab intentionem suam in ea fundanti allegari & probari deberi, ut ferè commue, sic unanime est Doctorum adsertum, v. Gail. *1. obs. 36. n. 16. 11. obs. 31. n. 15.* Mynsinger. *Centur. V. obs. XCVI. n. 1. C. 1. A. 0. 41.* Schotan. *exam. jurid. quæ sit long. in fin. aliosque arg. c. 1. de constit. in 6. l. 2. C. quæ sit long. consuet. l. 3. de adif. priv. l. 4. ff. de custod. & exhib. reor. ad defis c. 11. §. 3. & C. 4. §. 3. supra,* & quidem non generatim & præsumtivè tantum, sed sufficienter. Wesenbec, *1. consil. 12. n. 54.* plenè, Roch. de Courte *l. c. p. m. 678. n. 24. seq.* formiter. Dn. Reinking. *d. tr. l. 2. cl. 11. c. 9. n. 19.* sæpè enim multi teste Cyno *ad l. 2. C. quæ sit long. consuetudinem credunt,* & miserè aberrant, siquidem modo alba, modo nigra. Ludovic. Rom. *in singul. suis sing. CCCLXVII.* imò specificè, & in specie specialissima seu in dividuo, ut etiam pro-

proinde non sine causa, Joseph. Ludovic. *decis. Perusin.* LXII.
n. 27. huncque laudans & referens Vitejus *comm. ad l. de J. n.*
g. & c. difficilimam & quasi impossibilem proclamarint. conf.
Hunn. *encyclop. part. 1. tit. IV. C. VII. n. 8.* ibique allegg. & præ-
ter hos, Rochus *l. c. sect. 8. n. 10.* IV. X. do. N. y. D. g. d. y. M.
§. 2. Ut autem aliàs, sic & hic duplex via nos ad veri ducit
per investigationem, instrumentorum sc. fides, de quibus ade-
atur sapius cit. Court. *c. 2. sect. 8. n. 12. seqq. usq. ad n. 21.* vel elo-
gium testium; & quidem iudicio Wesenbecii. *l. c. n. 8.* Caspar.
Klof. *tom. 3. consil. 101. n. 171.* Rochi, *n. 8.* pluriumque ibi cita-
torum, etiam saltim duorum, *arg. l. 12. ff. de testib. aliorum,*
v. Dn. Hahn *ad W. l. c. ad minimum decem seu turba, vi l. 28.*
circ. fin. ff. de probat. junct. l. 4. §. 3. ff. de vi banor. rapt. adde Dn.
Fabric. repetit. Gail. 2. obs. 31. sect. 6. Bocer. l. c. disp. 4. §. 16. ubi
conciliare conantur. juratorum l. 9. pr. C. de testib. Gail. 1. obs. Cl.
n. 1. de actuum frequentia uniformi, (siquidem si de diffor-
mibus testificentur actibus, puta si unus consuetudinem indi-
cat in fabis, alter in lana, ut loquitur Zas. l. c. n. 16. §. 62. non
sunt testes, sed singulares. Ruland. de commissar. p. 4. lib. 3.
c. 3. n. 28.) & temporis diuturnitate, tacitum eorum, quorum
erat consentire, consensum, seu ut Faber in d. §. 9. dicit, sci-
entiam & animum prodente, cum ratione scientiæ (quod
tamen Wes. l. c. limitat in peritis & sanioribus cujusque loci,
perpetuò sic observatum, nec contrarium meminisse, nec
à majoribus audivisse attestantibus, per trinam ibi sub nexam
rationem) deponentium. Gail. l. c. n. 16. Roch. de court. l. d.
n. 25. in fin. ubi plura elegantia huc pertinentia n. 26. §. 27.
tradit, quæ ibi pro placito videri possunt, nos brevitatis stu-
diosi hæc studiò omittimus, subnectentes non minoris ele-
gantia quæstionem: num Doctoris vel juris consulti cujusdã
consuetudinem alicubi vigere attestantis acquiescendum te-
stimonio? quæ affirmatur ab his, negatur ab illis.

§. 3. Affirmativæ patrocinantibus imprimis nituntur auto-
ritate Bartoli *in rep. l. 32. ff. de ll. quest. pr. in pr.* quam apud
omnes juris interpretes maximam esse refert Tyndar. *tr. de*
testib. c. 1. cujusque opinio ut idolum adorari debet teste Bl. &
D Raph.

Raph. Cuman. in *auth. nisi brevior. C. de sentent. ex peric. recit.*
deinde quod doctoris autoritas sit probabilis per. gl. & Dd.
in l. 1. C. de profess. qui in urb. C. P. Cui accedit, quod aliàs dictis
poetarum & philosophorum stetur l. 12. de statut. homin. Vid.
Mynsing. Cent. V. obs. XCVI. v. 4. ubi hanc Dnn. Adfessores
in causa comitis de Hennenberz contra Ducem Bavarix ap-
probasse refert.

§. 4. Negativa tamen ceu verior plerisque arridet Dd. v.
Dn. Reinking. l. c. n. 24. Anton. Gabriell. *commun. conclus.*
lib. 1. concl. 4. de probat. n. 1. circ. med. Zas. l. c. n. 48. ubi audacter
hanc tenendam monet. Cum, quod quaestio hæc sit facti, arg.
l. 32. §. 1. ff. de ll. ea autem quæ sunt facti etiam prudentissimos
fallant, per l. 2. ff. de jur. & fact. ignor. l. 32. pr. ff. de usur. l. 79.
§. 1. de judic. imò vel ipsum Papam, (qui tamen se ipso teste
omnia jura in scrinio pectoris cenletur habere, c. 1. de con-
stit. in 6.) proprio testimonio d. c. 1. tum quod non magis ad
Doctores pertinet, quàm aliquem ex infima plebe, Zas. l. c.
n. 48. siquidem dicente Vultej. 1. Feudor. c. 10. n. 5. *infin.* non
arte addiscitur, sed usu observatur. Gerhard. *quest. illustr. 9.*
exercit. 1. circ. fin. Mynsing. Centur. 6. obs. 68. *per tot.* Anton.
Rambaud. *in addit. ad decis. Grationopol. Guidonis Papæ 565. lit. c.*
ubi notat quod prior sententia duo pariat absurda (1.) quod
admittantur testes non jurati. (2.) quod admittantur testes
testificantes per scripturam, contra c. testes q. 9. III. quibus
junge sæpissimè cit. Roch. n. 9. Henric. Canis *comment. ad tit.*
decret. de consuet. n. 8. 9. ubi ad adfirmantium argumenta
respondent.

§. 5. Neutiquam tamen negandum remur, excellentis cu-
jusdam Doctoris de consuetudine alicujus curiæ, cui diu præ-
fuit, vel loci in quo continuò vixit, attestantis testimonium,
præsumtivam facere probationem, eousque valituram, do-
nec contrarium edoctum fuerit; & ita etiam intelligendum
esse Bartolum, imò ipsissimam ejus esse sententiam autor est
Bachov. in *animad. ad Treutl. vol. 1. disp. 1. §. 9. lit. b.* ubi omni-
nò ut & Bocer. cl. 1. disp. 4. §. 18. cum Sebastian. Medicis *tract.*
de legib. part. 11. quest. 14. n. 4. præcitat. Anton. Gabriellio
d. *concl.*

d. concl. 4. n. 1. circ. fin. videri potest; totum autem aliquem Scabinatum vel Facultatem Juridicam plures exactis publicis adducentem actus plenius consuetudinem probare, vix dubitamus. Vid. Magnif. Dn. Struven *ex. 11. §. 21.* Sic Dnn. Adfessores judicii provincialis Ostfrisiæ alicui anno 1640. 2. septembr. responderunt: geben wir Hoffrichter und Adfessoren dises Gräfflichen Ostfrisischen Hoffgerichtes/ disen Bericht/ das eine algemeine durchgehende diser Gräffschafft Gewonheit sey in Massen dar nach an diesem Gräfflichen Hoffgerichte in vorkalenden Sachen offinals geurtheilt/ und annoch täglich geurtheilt wird. u. a. m.

CAPUT VII.

De

Subiecto consuetudinis.

§. 1.

Subiectum seu ii, qui jure nostro tenentur, sunt omnes omnino cives, alicujus civitatis, in qua illud viget & floret *l. 32. §. 1. ff. de l. l. 12. C. eod.* Hunn. *d. tract. cap. 4. n. 1. pr.* ubi tamen omnino advertendum, voculam Cives neutiquam hic in tanta à nobis capi laxitudine, ut & ipsum comprehendat principem, ceu alias accipitur, vid. Lampad. *tract. de Republ. Rom. German.* siquidem hunc magis hoc jure civili non scripto, quam scripto teneri adserere, maxima esset absurditas. v. Roch. *de Court. l. c. sect. 8. n. 51. quest. 9.* Consultissimus Dn. LeBleu Præceptor meus colendus *diff. de l. & privileg. n. 48. seqq.* Lebret *de la Souveranté du Roy. libr. 1. cap. 9.* nec in tanta angustia, qua communiter à Politicis definitur, quod sit socius multitudinis, particeps suffragiorum & juris de Republ. statuendi. H. Arnif. *libr. relect. politic. cap. V.* excluderentur enim hoc modo multi non excludendi; sed latè, in sensu Bodiniano pro homine libero, qui summæ alterius potestati obligatur; *libr. 1. de republ. cap. 6. Rönig part. 1. theatr. polit. cap. 1. adeoque ferè subditi isodynamunto.*

§. 2. Quibus jam præmissis rectissime ad subiectum no-

D 2

strum

strum referimus, (I.) Personas Ecclesiasticas, cum enim hi subditi sint, nullo modo ab observantia juris civilis, ut scripti, sic & non scripti se eximere possunt: subditos autem esse expressè decedit Apostolus in epist. ad Roman. 13. v. 1. ibi. *Omnia anima potestatibus debet esse subiecta.* Quæ verba cum elegantissimè explanet D. Chrysoctomus homil. 23. ad h. l. in pr. hic adscribimus: *ostendit, inquit, Apostolus quod ista imperentur omnibus & sacerdotibus & monachis, non solum secularibus, id quod statim in exordio declarat, cum dicit omnia omnia &c. etiamsi Apostolus sit, vel Evangelista, sive quisquis tandem fueris.* Quibus adde epistol. quendam Bernhadi ad archi-episcop. aliquem apud Arnif. de exempt. Cleric. c. 3. n. 2. ejusdem fermè tenoris videndam, in qua sanctus pater tandem concludit: *Si omnia & vestra; quis vos excipit ab universitate? si quis tentet excipere, conatur decipere* v. Didac. Covarruv. à Leyva pract. quest. c. 31. n. 1. & lib. 1. variar. resol. c. 7. n. 2.

§. 3. Nec est, quod excipiat Cardinalis Bellarminus lib. de Cleric. c. 25. ejusque μιναντις Becan. part. 2. theolog. scholast. tract. 3. cap. IV. quest. 11. (I.) per animam intelligi homines carnales, clericis contra distinctos, apertè enim eo petitur principium, probando dubium per æquè dubium; Et enim nondum probatum, vocem animam h. l. ita accipi, hoc potius ex lectione sacri codicis observarunt puriores Theologi, voculam ψυχη non hominem animale seu carnalem, sed συνδυασμὸς anima & corpore constantem denotare, vid. Genes. XIV. 21. c. XLVI. 27. Ezech. XIIX 4. Actor. II. 41. 1. Petr. III. 20. &c. Nec juvat quod (2.) dictum illud apostolicum restringendum sit ad tempora, cum adhuc Christianis deessent vires, cum similia legantur Exod. XXII. 21. Eccles. X. 30. II. Petr. II. 2. Jud. VIII. sed hæc Dnn. Theologi latius, v. Dn. Fridlib tom. 11. Theolog. exeget. obs. ad epist. ad Roman. c. 13. 1. cl. 1. cl. 3. cl. ult. quest. CLX. Marfil. Pata. Vin. in defensor. pac. part. 2. c. 4. Reinking. d. tr. l. 3. cl. 1. cap. 10. n. 13. & omnium fusissimè. Arnif. de exempt. cleric. cap. 3. per tot.

§. 4. (II.) Incolas (quos Græcia Pomponio teste l. 239.

§. 2. ff. d. V. S. πείραξις, nostri populares verò Weisassen Sals-
oder Pfal-Bürger appellitant) domicilia in Civitatibus ha-
bentes, non verò omnia jura participantes, per l. 29. ff. ad
municip. & ea quæ tradit Gail. 2. obs. 35. per tot. ferm. Cujus-
modi ut olim Philone teste in vit. Mos. in Ægypto Judæos, sic
& hodiernum fortassis in nostra Germanica republ. esse haut
incongruè adseri posse putamus; Quoniam æque Judæi ac
incolæ cæteri, juribus civitatis statutisque ubi degunt obli-
gantur. Klok. de anr. l. c. 262. n. 56. deque eodem populo at-
que corpore, minimè tamen spirituali civitatis esse dicuntur,
& plerisque immunitatibus, ut Hunn. l. c. p. 1. tit. 9. §. 55. vult,
ac privilegiis cum Christianis (in materia tamen proportio-
nabili Dn. Dirich. discurs. de stat. & jur. judæor. c. 4. p. 80.) illius
loci gaudent, ac frui debent, imò communis Juris Romani
sunt participes, eoque vivunt, per constitut. Arcad. & Honor.
in l. 8. C. de Judæis. Quid? quod ex stilo & consuetudine Ger-
maniæ rotundè Civibus Romanis accensentur, proque iis-
dem habentur, teste Mynsinger cent. 5. obs. 6. circ. fin. eumque
referente & probante Dn. Keinking II. 2, III. 29. quod cum
de veris strieteque sic dictis civibus communi Politicorum &
JCC. suffragio exaudiri nequeat, certè de nullis aliis commo-
dius ac incolis explicari potest.

§. 5. Nec quidquam referre puto c. etsi 13. x. de jud. ubi di-
citur, quod propria culpa Judæos perpetuæ servituti subje-
cerit, adeoque juris incapaces effecerit, arg. l. 32. ff. de R. J.
& traditorum ab Harprecht ad §. 1. l. de jur. person. n. 7. cum
explicante Udalrico Zasio tom. 5. quest. 1. de Judæis statim in pr.
hoc non de servitute civili, sed subjectione quadam Inpres-
sionis interpretandum veniat, quod vel exinde constat, quod
servi non habeant personam standi in judicio; Judæi autem
maximè per l. 8. C. de Judæis; Servi pro nullis imò planè mor-
tuis reputentur, arg. l. 209. ff. de R. l. nihilque proprii habent,
§. 3. 1. per quas pers. cuique adq. ibique Dd. consequenterque nec
contrahere, nec testari, nec alio quocunque modo bona alie-
nare possunt, quæ tamen Judæos posse præter experien-
tiam docet Dn. Georg. Dirich. d. disc. c. 4. p. 67. seqq. 80. D. Jo-

han. Ritzel *discurs. academ. de regal. habendor. Judæor. §. 5.*
Hunn. *l. c. tit. 9. pluresque ab his citt. ex quibus jam abundè*
constat, haut absurdè Judæos incolis accenseri, adeoque ad
nostri juris subjectum rectissimè referri. v. de Court. sect. 9.
n. 35. quest. 15.

§. 6. Simul etiam hætenus præfatorum quasi consecra-
rium est, Forenses seu extraneos regulariter à subjecto no-
stro excludi, consuetudinibusque civitatum, ubi morantur,
non obligari, nisi vel actum aliquem celebrent, *c. contra mores*
§. distinct. c. illa distinct. 12. v. c. testamenta condant, Gail. obs. 2.
obs. 123. Myns. cent. 5. obs. 20. unde optimè consuluisse patet
Petr. Ravenn. concivi suo Venetiis testaturo, valere testimo-
nium, si modo duos secundum consuetudinem Venetam ad-
hiberet testes, in enarrat. tit. de consuet. p. 861. Contrahant l. 6.
ibique Gothof. lit. a. b. c. ff. de eviction. l. 32. §. 20. ff. de adilit. edit. l.
34. ff. de R. I. Ant. Gabriellius lib. 6. commun. conclus. 2. n. 1.
Dd. communiter ad l. 1. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. delinquant
Zaf. l. c. n. 8. Court. §. 9. n. 5. & elegantissimè Didac. Covar-
ruvias pract. quest. cap. 2. n. 3. vel bona possideant &c. de qui-
bus & pluribus citt. Dd. porro consuli possunt, nos transi-
mus hinc ad

CAPUT IIX.

De

Consuetudinis Objecto, & ejus occasione qua-
rundam consuetudinum censura.

§. 1.

Objectum Consuetudinis sunt res seu actiones possibi-
les; impossibilium enim nulla obligatio, *per c. nemo*
6. de R. I. in 6. l. 185. ibique Gothof. lit. b. ff. de R. I. l. 1. §.
11. l. 31. ff. de O. & A. & δει κτ' το' δυνατον υιθεσαι τ'ς νόμους.
Plutarch. in Solon. Talia autem cum non tantum reputentur
ea, quæ negativè talia dicuntur, h. e. quæ absolutè & simpli-
citer suâ naturâ perfici nequeunt. Dn. Ludvel. *D. 12. §. 3.*
lit. d. sed & quæ positivè sive comparatè, & ex hypothese im-
possibilia adpellari consueverunt, quæ scilicet nonnisi cum dede-

dedecore & læsione pietatis, existimationis & verecundiæ nostræ peragi possunt, *l. 15. ff. de condit. instit. l. 7. de us. & habit. l. Machab. 11. 19.* & paria sint impossibile & turpe, in nostra potestate non esse & injustum esse, teste Gothofredo ad *l. 79 ff. de jur. dot. lit. a. Novell. 53. & d. l. 15.* ultrò hinc sequitur, consuetudinem (in hypothese sc. consideratam, non verò in thesi, hac enim ratione non magis ad ejus essentiam rectitudo requiritur, quam ad essentiam legis, videsis Bachov. ad *Wesemb. w. de ll. n. 9. lit. q. B. Hornej. Civil. doctrin. lib. 4. cap. 3. n. 9. Dn. Conring. D. de ll. 8. 8.)* rectæ rationi ceu basi & fundamento, prout loquitur Petr. Ravenn. *l. c. inniti debere*, siquidem hæc destituta non tam consuetudo & usus, quàm corruptela & abusus dicenda est, *per c. cum tanto 2. x. de consuet. c. mala consuetudo 3. distinct. 8. c. cum decorem 12. x. de vit. & honest. cleric. l. 14. ff. de ll. A. B. cap. 15. P. 3. O. art. 207. ibi: Das nicht eine Gewonheit sondern Misbrauch ist.* Hug. Grot. *de mar. liber. cap. 7.* instarque abortus non debet videre lucem, And. Gerhard. *quest. illustr. 8. ex. 1.* nec ea utendum. Cicer. *in Brut. s. de clar. orator. n. 117.* sed extirpari, *C. Chorepiscopi 5. distinct. 68. d. P. 3. O. art. 218. ibi: Di und dergleichen (puta malas) wollen Wir das ein iede Obrigkeit abschaffen. Als Wir dann aus Keiserlicher Macht dieselbe hirmit vernichten und abthun.* & cum Casare apud Ciceron. *in Bruto n. 119.* cum pura & incorrupta est emendanda.

§. 2. Ad sitientes ergo Afros releganda consuetudo & damnanda penitus, (1.) quæ juri divino contradicit; hujusmodi enim non tam jus, quàm flagitium est, dicente Arnold. Clapmar. *de arcan. rerum publ. lib. 4. c. 4. in med. & inanis omnium legum est censura, nisi divinæ legis imaginem gerat, teste Hipponensi antistite B. Augustino. v. consuetudinem 6. distinct. 11. C. in his. cod. Covarruv. pract. quest. c. 31. n. 5. C. I. A. 8. 39, Zaf. l. c. n. 69.* Qualis v. c. fuit foeda illa Lugdunensium Connagium seu jus laxandæ coxæ, dicta quam ex Chopp. ad *ll. Andegav. lib. 1. c. 31. n. 8.* refert Dn. Dither in *addit. ad thesaur. pract. Besold. voce Jungfrau/* Canonicis ejusdem urbis permittens, pro recognitione feudorum prima nocte cum vasal-
lorum

lorum sponsis concumbere: Britannorum, de qua Bachov.
ad Treutl. vol. 2. disp. 6. §. 7. lit. c. hodieque Barbarorum penè
omnium, de quibus consulendi Geographi.

§. 3. Summa autem nobis sit religio, huic etiam ordini
accensere cum sæpius citato Rocho *l. c. n. 21.* Petr. Ravenn.
tract. Valet cum perpetuo silentio col. 1. Speckhan. *cent. 1. miscell.*
q. 9. aliisque, passim ferè receptam consuetudinem, cadavera
suspensorum in terrorem facinorosorum in patibulis, rotis,
furgisque relinquentem, facultate constitutionis descriptæ
v. 22. 23. cap. XX. Deut. ibi: quum autem erit in aliquo peccatum, ad-
judicandum morti, tradetur morti; si suspenderit eum de ligno, ne
pernoctato cadaver ejus in ipso ligno, sed omninò sepelito eum eodem
die: nam suspensus est execrationi Deo, ut non polluas terram tuam,
quam Jehova Deus tuus dat tibi in possessionem. Siquidem
constitutionem hanc, ceu ex parte ceremoniam, Christi
mortem in cruce præfigurantem, ex parte forensam,
Judaicamque saltim politiam concernentem, nos Christia-
nos non obligare præstantissimi docent & Theologi & JCC.
arg. v. 16. Luc. XVI. Gen. XLIX. v. 10. aliorumque apud Dnn.
Theoll. passim obviorum. Quod adeò verum dicit de cere-
monialibus. Alber. Gentil. *disput. VII. de crimin. majest.* ut
venisse Christum negent, si quis eas observare velit, ante
enim Christum fuerunt vivæ, cum Christo mortuæ, post Chri-
stum mortiferæ. Hug. Grot. *lib. 1. de j. b. & p. c. 1. n. 16.* Judi-
ciales verò, quamquam post Christum non sint mortiferæ,
mortuæ tamen, haut equidem prohibetur princeps judiciales
in regno suo observare, Grot. *l. c.* non tamen quasi vim ex
Testamento Veteri haberent, quia per hoc innueretur ad-
vertente Thoma *in Ia. IIa. quest. 104. art. 3.* quod status adhuc
duraret Judaicus, Christusque nondum venisset, *arg. cap.*
XLIX. v. 10. Genes. Conf. Reinking l. c. lib. 2. cl. 2. n. 11. 12.
c. 3. n. 1. 2. 3. Meisner. *Pb. S. sect. 2. c. 4. quest. 3. memb. 1. arg. 1.*
circ. med. Melanchton. *in examin. ordinand. de ll.* Nec est, quod
excipiant, Christum non venisse ut legem solveret, sed ut im-
pleret, *Math. V. v. 7.* cum ibi vel ipso docente contextu, con-
stitutiones non intelligantur Ceremoniales & Forenses, sed
Mora-

Morales. Dn. Fridlib in not. ad h. l. cl. 2. antilog. 9. vel positio,
intelligi ibi leges ceremoniales, nec tum hoc inde sequere-
tur, posset enim dici cum citat. Dom. Soto lib. 2. de j. & j. quest. 5.
cap. 4. hunc esse eorum sensum: Christum non venisse legem ab-
rogare & tollere aut infringere, quasi esset perpetua, sed ad complen-
dum tempus, quousque erat posita, perficiendasque veritates, quarum
gerebat umbras, ut exolevisse noscatur. Nec est, quod quid præ-
sidi querant dissentientes in verb. c. III. Genes. v. 19. terra es
& in terram reverteris, in promptu enim responsio, utique et-
iam putrescendo in terram reverti, inque sepulturam suam
defluere, dicente Seneca patre libr. 8. contrav. 4. videfis Didac.
Covarruv. libr. 2. variar. resolut. cap. 1. n. 11. B. Ungepaur. exer-
cit. Justin. 13. quest. 4. per. tot. D. Caspar. Erasmi. Brochmand ar-
tic. de mort. cas. consc. XI.

§. 4. Rectius omninò proinde huc referri possunt
omnes consuetudines, ansam & materiam delinquendi sub-
ministrantes, sicque ad peccata tacitè quasi allicientes, Fa-
chin. lib. XI. contrav. jur. cap. 52. Raven. d. l. sect. 1. n. 35. s. 2. n. 44.
Cum nemini peccandi via aperienda, c. un. x. ut ecclesiast. benef.
& nulli malignandi danda occasio, gl. c. in summa dist. 12. c. ex
parte x. de consuet. cujus generis est illa, quæ teste Besoldo lib.
2. Polit. c. 3. §. 3. n. 19. Nevizan. sylv. nuptial. lib. 4. n. 33. in Hispa-
nia, & Busio ad l. 26. §. final. n. 3. ff. ex quib. caus. maj. passim
alibi viget, reos legitimè convictos, & ad mortem damnatos,
si nuptias meretriculæ ambiant, aut à puellis in matrimo-
nium petantur, ab ultimo supplicio absolvens: his quippe
similibusque probatis, cælibum delicta nunquam, aut sanè
perrarò, non sine maximo reipubl. detrimento, l. 13. pr. ff. de
off. præsid. l. 95. §. 1. ff. de solut. l. 51. ff. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 70. §.
ult. ff. de fidej. l. 9. §. 5. ff. de publ. & vectig. punirentur, & quis-
que sceleratus sub spe impunitatis liberè peccaret. Conf.
Arnif. de jur. maj. lib. 11. cap. 3. n. 6. seq.

§. 5. Nec juvatur prior c. inter opera 20. x. de sponsal. ubi in-
ter opera charitatis refertur, si quis extraxerit mulierem de
lupanari, eique in remissionem peccatorum proficere dici-
tur; alia quippe est pœnæ temporalis, alia æternæ remissio,
E ut illa

ut illa non huic, sic nec hæc illi præjudicat. v. And. Gerhard. *quæst. illustr. exercit. ult. coronid. per tot.* illa verò ratio, quod uxorem ducere æqualis morti pœna reputetur, non tam facta, quàm in sanctum illum statum summè injuriosa est, rectè advertente Bach. ad Treut. 2. *Disp. 30. §. 3. lit. g.* vid. D. Schüzzen *D. 10. §. 11. lit. a.* Harprecht ad *S. 5. de obl. quæ ex delict. n. 92. seqq. & ad d. §. 9. n. 20. seq.*

§. 6. An autem & ad hanc classem, ut quibusdam videtur, referendus mos ille, ubi vis ferè locorum & omni ævo ferè receptissimus, ad æquales haustus bibendi, vulgò saluti potatio dicta, nos temerè non decidimus; quibus rigidè & indistinctè adfirmativa placet, moventur, cum quod peccetur in justitiæ distributiæ regulas, urgendo ad haustus æquales, in æquales corporibus, viribus & usu bibendi, servando ita non Geometricam, sed arithmeticam proportionem, tum quod multorum sit fecunda mater peccatorum, *per verba reformat.* guter Polizei. zu Augspurg de anno 1530. sub rubr. von zutrinken / *ibi:* und nach dem dem zutrinken vil Lasters / Ufels und Unrechts. Daraus Gotteslästerung / Todschlag / Ehebruch und dergleichen Ubelthaten gefolget / auch solch Laster den Teutschen / derer Mannheit von Alters hoch berühmt / bey allen frembden nationen verächtlich. publiceque proinde passim in RR. I. utpote Augustano de anno 1500. sub rubrica von Zutrinkern / bei zimlichen pœnen und Straffen. R. I. Colonienf. & Trevirens. de anno 1512. sub rubrica, von dem Gotteslästern §. Desgleichen pœna corporali in vilioribus, in nobilioribus dimissione ab aula, vel non admisione. Reform. Ordin. Polit. Augustan. de anno 1530. sub rub. von zutrinken. R. O. P. 1548. Polizei Ordnung zu Frankfurt de anno 1577. tit. VIII. d. rub. *iisdem ferè verbis*, exulare iussa, *add. das Fürst! Sächs. Ausschreiben / Welcher gestalt dem leidigen Vollezu und gleichsauffen &c. zu steuren / de dato Gota d. 1. Juli 1646, C. à compula 14. §. de vit. & honest. Cleric. Gail, 2. obs. 110. n. 24.*

§ 7. (II.) Quæ refragatur rationi & æquitati naturali *R. O. de anno 1500, tit. 18. ibi:* Dieselbe Gewonheit als der Bilz

**Biligkeit und Mildigkeit widerwertig u. a. m. Ver-
richten und abthun** c. 2. x. de consuetud. quid enim, inquit
Grotius, clarius est, quam non valere consuetudinem, quæ
juri naturæ ex aduerso opponitur? consuetudo quippe spe-
cies est juris positivi, quod legi perpetuæ abrogare non pot-
est. de mar. lib. c. 7. Cujusmodi v. c. (1.) fuit, & ut ex Limn. in
not. regn. Gall. lib. 2. c. 7. refert Nobilissimus Dn. Eiben Doctor
meus honorandus in dissertat. de brocard. omnis elector & c. Impe-
rator est in suo territorio cap. 9. adhuc est illa Hispanorum, An-
glorum, Gallorum, Siculerum, Neapolitanorum & c. quæ
fiscus bona naufragorum sibi addicit & sic

quæstus naufragio quæritur, corpusque profundo
immisum pariter, quam præda exquiritur ipsa.

Prohibita in imperio nostro Germanico, sub publicatione
bonorum à Friderico in authent. navigia C. de furt. penitusque
annullata à Carolo V. O. C. artic. 218. add. l. 1. C. de naufr. l. 5. S.
fin. ff. ad l. Rhod. de jact. quid enim quæso, æquitati naturali
magis contrariatur, quam calamitati addere calamitatem
c. 4. in fin. X. de jud. l. 14. ff. de offic. presid. &

ναυαγὸς ἢ κω ξένῳ ἀσύλητον γένῃ?

unde & Dion Prusænsis Orat. VII. ait: μή γδ εἴη ποτέ, ὡς ζεῦ
λαβεῖν μηδὲ κερδάναι κέρδῳ ποῖστον ἀπὸ ἀνθρώπων δυστυχίας.
Arnif. lib. 3. de republ. cap. 6. n. 19. Grot. de j. b. & pac. lib. 2. c. 7.
n. 1. (II.) Mechanicorum, imprimis Sartorum & Sutorum,
sub pœna vetans, ne quod unus incepit, alter perficiat, aut ne
quis, quod alteri commissum opus sit, impleat, das was einer
zugeschnitten / der ander nicht ausmachen darff / sub gravissima
pœna reprobata ab Imperatore Zenone l. un. C. de monopol. &
conv. negot. illicit. jung. R. I. de anno 1594. S. und als auch bey
disem. (III.) Locorum quorundam Germaniæ, testante
Libenth. ex. pol. 12. θ. 65. carnificem, si icu deficiat, remque
unico non perficiat actu, lapidibus obrui permittens, iniqui-
tatis damnata in d. O. C. art. XCVII. ibi: auch ob ihm (Nach-
richter) mislinge / nicht Hand anzulegen; unde cum anno
c10 10c XL, quidam temerarii Ratisbonæ carnificem, ter-
tio demum icu infanticidam decollantem, unâ cum filio ad-

stante lapidibus vitā privarent, jussu Senatus custodiae traditi sunt, prout annotavit Gothof. Schulz. in suis noviter auctis Chronicis sub anno 1640. non procul à fine. (IV.) Quarundam Civitatum res furtivas Fisco tradens, sicque Dominos citra admissionem re sua privans, l. 22. C. de pœn. arg. l. si captivus ff. de captiv. injustitiæ notā notata in d. O. C. artic. penult. ibi: So ein Ubelthäter mit gestolner oder geraubter Haab betreten und gefänglich einkomt/das alsdann solch gestolen oder geraubet Gut dem jenigen/so es also gestolen/nicht widerumb zugestellt/sondern von der Obrigkeit des Ortes eingezogen/& paucis interjectis: solche und dergleichen wollen Wir das ein jede Obrigkeit abschaffen/und daran seyn soll/damit si hinfürter nicht geübt/gebraucht oder gehalten/als Wir si dann aus Keiserlicher Macht dieselbe hinit aufheben/vernichtigen und abthun/und hinfürter nicht eingeführt werden sollen.

§. 8. Et huc etiam pertinent (V.) consuetudines collegiorum opificum, de non admittendis textorum, tonsorum, opilionum, molitorum &c. filiis ad sua collegia, claris verbis damnata, Ordinatio Politic. de anno 1577. tit. 38. §. 1. ibi: Sezen/ordnen und wollen Wir demnach/das di Leinweber/Warbirer/Schäfer/Müller/Zöllner/Pfeiffer/Trommeter/Bader/und di deren Eltern/davon si geboren sind und ihre Kinder so sich ehrlich und wohl gehalten haben/hinfüro in Zünften/Gasselen/Ampten und Gülten keines weges ausgeschlossen/sondern wi andere redliche Handwerker aufgenommen und darzu gezogen werden sollen &c.

§. 9. Cùm igitur malas consuetudines & irrationabiles non tolerandas, sed abolendas constet, hoc tamen Doctores hic quærere solent, an non tanta sit ejus autoritas, ut indulgeat in præteritum, & pœnam aliquo modo mitiget, si accusatus consuetudine delinquentium se excuset? adfirmat hoc Befold. Oecon. tit. 3. §. 4. lib. 1. ff. n. 18. Bernegger. Disp. ad Tacit. 6. quest. 2. C. I. A. 6. 38. negat è contra Treutler. v. 1. disp. 1. 6. 9. lit. b. ibique Hunn. nos priori, quamvis non indistinctim, subscribimus. vid. Dn. Bachman Concl. 9. circ. med. Schotan. rub. que sit long. consuet. Bachov. ad Tr. l. c. ubi fufius.

6
suis, nobis hæc, ne nimium nostra excrescat dissertatio, non
licet ulterius persequi, sed progredimur ad

CAPUT IX.

De

Forma & Fine Juris Consuetudinarii.

§. 1.

Succedit nunc Ordine justo Forma, quæ dat esse rei, l. 9.
§. 1. ff. ad exhibend. ibique gl. quamque materia ceu fœmi-
na marem appetit, Sebast. Medices tr. de ll. p. 3. quest. 1. n. 1.
ultimis nobis suppeditata nostræ definitionis supra cap. 4.
§. 1. propositæ, verbis: *tacito majestatis adsensu comprobatum.*
Tacito diximus, & hic sufficit, patientiâ scilicet & conniven-
tiâ proditus, dum enim is penes quem in civitate seu repu-
blica τὸ νόμιμον, sive Rex hic sit, sive optimates, sive universus
populus nihil refert, populum certis & diuturnis moribus
uti, permittit, legem aliam expressam non condens,
quod tamen facilè, si modo vellet, posset, idem velle, & ut hoc
quod agitur, imposterum observetur, tacitè quasi jubere vi-
detur, arg. l. 18. ff. mand. l. 1. C. de patr. potest. c. 1. de constit. in 6.
Confer sis Nobiliss. & Amplissimum Dn. Præsidem jam antea
laudato loco apb. 88. Hug. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 4.
n. 5. fin. Dn. Conring. D. de ll. §. 29. B. Ludvvell. ad d. §. 9. &
Disp. 1. §. 14. lit. f. Schützen Disp. 1. §. 21. lit. d. Dn. Hahn ad W.
l. c. verb. non contradicat. Schotan. l. c. in med. ferè.

§. 2. Formam denique excipit Finis, qui hic idem est,
qui legum, cæterique juris civilis, cum & jus nostrum juris
civilis sit particula, communique juris civilis nomine veniat
per l. 6. §. 1. ff. de ll. §. 3. r. de j. n. g. & c. dictaque supra cap. 4. §.
2. & 3. salus nimirum reipubl. hæc enim populi suprema lex
esto. Cicer. 2. de ll. & ad hanc omnia referenda, Cic. lib. 1.
Rhetor. n. 59. seu status reipubl. pacatus & quietus. Hujus
enim gratia prudenti prudentis Platonis judicio, dialog. 1.
de ll. omnia jura sanciri debent, & Cic. l. 2. §. ll. teste constat,
ad salutem Civium, civitatumque incolumitatem vitamque

E 3

omnium

omnium quietam & beatam jura esse condita. Vid. Isidor.
lib. 1. etymol, c. 21.

CAPUT X.

De

Effectu Consuetudinum.

§. 1.

Finita sic cum Fine & exposita pro ratione nostri insti-
tuti causarum doctrinâ, sequitur tandem effectus, qui
itidem cum legibus seu reliquo jure nostro scripto coin-
cidit, cum per rationem proximo capite adductam, tum per
expressos textus, quibus vis & effectus legum ipsi tribuitur,
l. 32. §. 1. l. 35. ff. eod. aliosque apud Dd. passim videndos. vid.
Harprecht d. l. n. 49. Hilliger. *D. e. lib. 1. cap. 12. lit. 1.* Welenb.
ff. d. ll. n. 8. in fin. unde & Nazianzen, *in vita sua quem refert*
G. J. Voss. lib. 1. part. orator. c. 12. §. 3. ait:

"Εἰς τὸ ἔργον ἐγγεγίσθαι εἰς νόμον τελεί.

& *Ovven. ad Noell. lib. 1. epigr. 93.*

Consuetudo & mos vim legis habere videntur.

Jung. Ruth. c. IV. v. 7. Gen. XXIIX. v. 26. Matth. XXVII.
v. 15. Marc. XV. 6. Luc. XXIII. 17. Judic. XI. v. 39. 40.

§. 2. Estque duplex: Absolutus & Relativus. Absolutus
nullum ad aliud habens respectum est obligatio, eaque vel
directa vel indirecta. Directa, quæ & principalis dicitur,
obligat tam ad scientiam, *l. 9. C. de ll. l. 1. §. 2. ff. de Ædilit. edict.*
t. t. de jur. & fact. ignor. nec obstant textus eam esse facti adse-
verantes, adeoque sine culpa posse ignorari, *l. 2. l. 9. pr. imò*
t. t. ff. de jur. & fact. ign. c. 1. de constit. in 6. siquidem hos de
nostro jure prout adhuc est in fieri seu introducendo, non
verò in esse, seu legitimè crebris ac diuturnis actibus intro-
ducto acceptandos supra cap. II. §. 3. & cap. IV. §. 3. proba-
tum ivimus; quàm ad obedientiam & observantiam, *l. 32. §. 1.*
ff. de ll. arg. l. 13. §. 6. ff. commun. pradior. *Hunn. encyclop. part. 1.*
tit. 4. cap. 5. n. 3. seqq. ibique citat.

§. 3. Unde & judices secundùm normam receptæ con-
suetudinis judicare debent, *pr. 1. de offic. judic. authent. jubemus*

C. de

C. de iudic. l. 3. C. de adif. privat. l. 1. § 6. C. de servit. § aq. Novel. 15. cap. 1. §. 1. c. venientes X. de jur. jurand. c. cum venissent X. de eo qui mittit. in poss. & Dnn. Adfessores Camera sub initium receptionis juratò promittere tenentur, se secundum honestas locorum consuetudines iudicatueros, R. O. de anno 1555. part. 1. tit. 13. ibi: Auf des Reichs gemeine Rechte / Abschiede / u. a. m. und erbaren ländischen Ordnungen / Statuten und erbaren Gewonheiten der Fürstenthümer / Herrschaften und Gerichten nach Vermög und Anleitung ihres Eides wi hirunten gesetzet Urtheil fassen und aussprechen / & iisdem verbis, sub rubr. von des Keiserlichen Kammer Richters und Beisitzer Eid. tit. LVII. item in novissimo recessu de anno 1654. zu Regensburg S. 105. benebenst sollen / Kammer Richter / Præsidenten / und Beisizzere bey administration der heilsamen Justis so wol di Statuten und Gewonheiten / als Reichs Abschieden und gemeine Rechten für Augen haben und wol beobachten. add. Gail. lib. 1. obs. 36. n. 14. & hoc non tantum in Civilibus obtinet, sed & Criminalibus, vid. R. A. zu Regensburg de anno 1532. tit. 3. ibi: Reichs Untertanen sich hinfürter in peinlichen Sachen / in bedenken der größe und gefährligkeit derselben jez angezeigter Ordnung / gemeiner Rechten / Billigkeit / und löblich hergebrachten Gebräuchen gemäs halten mögen. & paucis interjectis: an ihren alten wolhergebrachten rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichts benommen. Indirectè seu secundariò etiam nisi id quod legitimè introductum observetur, obligat ad pœnam. l. 16. §. 9. § 10. ff. de pœn. authent. qua in provincia C. ubi de criminib. C. in his 7. dist. 11. gl. in c. ex literis X. de consuetud. Wesenb. w. ff. de ll. n. 7. circ. fin. B. Dn. Franzke comm. ad ff. de ll. n. 123. Petr. Ravenn. l. c. s. 1. n. 26. s. 11. n. 43. Dn. Reinking d. l. 28.

§. 4. Effectus respectivus leges sc. respiciens itidem pro diversa consuetudinis qualitate est varius, aut enim consuetudo est secundum leges, ejusque effectus est, leges confirmare. Schneidewin. ad §. d. 9. n. 9. in istis distinct. 4. ibique not. & interpretari l. 23. l. 37. ff. de ll. l. 34. l. 114. ff. de R. I. c. cum dilecti X. de consuetud. Hunn. d. l. c. 5. n. 17. seqq. Stephan. de Phedencis tract. de interpret. leg. part. ult. p. 271. Observatio enim
sub-

subsecuta interpretatur legem anteriorem, Zas. ad l. si ita stipulatus §. possum. ff. de V. O. n. 7. & usus, inquit Liv. libr. 2. gravissimus est juris censor & explorator, ut non possit non æquum & utile esse, quod is probavit sæpius facto periculo; Et huc pertinet nominatissima illa Interpretationis species, quam Doctores usualem vocant, de qua pro lubitu videri poterit D. Zigler de jur. majest. exercit. 3. n. 7. Reinking de R. S. & E. lib. 2. cl. 2. cap. 11. n. 6. seqq. vid. diss. dict. Le Bret de la Souverainité du Roy. lib. 1. cap. 9. aut est præter legem, providens in casu à jure non deciso, ejusque effectus imitari legem, l. 3 2. ff. de ll. §. 9. 1. de j. n. g. & c. add. Hillig. D. e. d. l. Reinking d. l. Zas. l. c. n. 67. 68. aut denique contra legem (non divinam, seu naturalem, hanc enim non tam consuetudinem, quam corruptelam esse supra cap. IIX. §. I. multisque §§. sequentibus dicendo anticipavimus, illasque non mutabilitati esse obnoxias edocet §. II. l. de j. n. g. & c.) civilem positivam, ejusque vis & effectus est legem abrogare, l. 3 2. ff. de ll. Arnif. lib. 2. de Republ. c. 6. sect. 5. n. 67. p. 898. Agell. 12. c. 13. & hinc nata videntur brocardica Dd. quod consuetudo arte Chymica, nigrum in album vertat. Knich. de vest. pact. lib. 2. c. 4. n. 160. omni- que lege sit valentior Duaren. ad l. 1. §. est autem ff. de pact. item quod consuetudo sit tyrannus, ex Pind. Wehner. P. P. obs. verb. Gewonheit & c.

§. 5. Neutiquam tamen consuetudinis quâ consuetudinis hic est effectus, sed quâ jus posterius, siquidem consuetudo quâ consuetudo non fortior lege, uti nec hæc illa, sed æquali cum ea gaudet potestate, ut elegantissimè annotavit Hilliger D. E. lib. 1. c. 10. lit. 1. nosque aliquoties jam tum observavimus.

§. 6. Quibus tamen non attentis nostrum hunc emedul-
lare effectum totis enituntur viribus, Røvard. de autor. pru-
dent. c. 16. Forster. Junior aliique apud Dn. Ungepaar. Exer-
cit. Justin. 2. quest. 8. in ajo. Gerhard. quest. illustr. 8. ex. 1. citati
nisi præprimis rescripto Constantini in l. 2. C. que sit long. con-
suet. ibi: Consuetudinis ususque longævi non vilis quidem autoritas,
verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat,
aut

aut

96

aut legem: verum enimvero pro nodo hoc dissolvendo, salva aliorum enodatione, quæ apud Dc n:ll. lib. 1. comment. c. 8. Pac. centur. 1. quest. 14. aliosque apud Ungepauc, d. l. in f. videre sicut nos distinguendum putamus, non quidem cum Bachov. ad Tr. d. 1. 0. 9. lit. F. & G. inter statum R. R. popularem & Monarchicum l. hanc 2. ad statum Monarchicum referendo, sed inter consuetudinem rationabilem legitimoque præscriptam, & fœdam omnique ratione destitutam, de hac l. oppositam, de illa hæcenus dicta intelligendo. Sutholt. dissert. 1. aphor. 93. adjuti tum interpretatione Pontificis in sapiusculè d. c. final. tum ipso nostro textu, ibi: rationem vincat.

§. 7. Vel, si nec hæc decisio forsan ad salivam, fortassis haut incongruè ex præfatis responderi poterit, in d. l. 2. consuetudinem legem non vincere posse, dici, quod cum legibus æqualem habeat effectum, si autem vinceret, non parem, sed certè extra omne dubium majorem vim haberet. Vid. Excellentissimum & Consultissimum Dn. Præsidem &c. l. laudato aph. 94. Dn. Strauch. dissert. 1. aphor. 11. Cætera quæ pro enervando nostro effectu adferri solent, studio prætermittimus, cum vix dilutionem operosam mereantur, interim qui volet, videat B. Dn. Franzk. l. c. n. 131. Henric. Zœf. comment. ad d. l. 32. ff. de ll. n. 95. cum multis seqq. Ungepauc. ex. d. 2. q. XIX. in ajo. Gerhard. d. l. Hæcenus causæ cum effectu sequitur

CAPUT XI.

De

Contrariis consuetudinarii juris.

§. 1.

Extremam tandem nobis faciunt paginam contraria, five ut loquitur D. Libenthal. c. Pol. excec. 13. 0. 35. Casus hujus juris & interitus, qui contingit, ut hoc tribus notemus verbis & remissivè, vel lege posteriore scripta lata, arg. l. 4. ff. de constit. princip. l. 3 2. ff. de ll. authent. Omnes peregrini C. comm. de success. auth. navigia C. de furt. Gail. 2. obs. 31. n. 6.

F Hunn



Hunn. *l. c. p. 1. tit. 4. cap. 8. n. 1. seqq. ibique alleg. Dd.* vel contra-
ria consuetudine legitimè recepta, eo quippe modo aliquid
dissolvi, quo colligatum est, in confesso est, imò secundum na-
turam per *l. 35. ff. de R. I. C. I. A. 0. 41. Gail. 2. obs. 31. n. 5.*
Hunn. *n. 5. & 6.* & nemo eam sibi legem dicere potest, ut à
priori ei recedere non liceat, *l. 22. pr. ff. de legat. 3.* an autem
è re sit reipubl. facile mutari consuetudines & mores prio-
res? Politicorum quaestio est; Alcibiades apud Thucyd. *lib.*
6. c. 2. f. censet, τῶν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τέτατος οἰκεῖν, οἱ αὖ
τοῖς παροῦσιν ἤθεσι καὶ νόμοις, ἢ καὶ χεῖρω ἢ ἡκιστα Δεφθέρως
πολιτεύσασιν. Confer Henning. Arnif. *lib. 1. doct. politic. cap.*
17. in fin. Petr. Gregor. *lib. 9. de republ. cap. 6. n. 6.* aliosque
Doctores Politicos, ubi hæc qui latiùs pertexta amat, videat,
nos impræsentiarum hîc anchoram figendo discursus no-
stri vela contrahimus. Tibi ô æterna Sapientia & immen-
sum Numen, immensas & immortales pro jugi & immensa
tua gratia, gratias concincentes, ad cœlum erectis manibus,
Constit. Deo authore §. 3. ardentibusque precum suspiriis Ti-
bi supplicantes, ut porrò divina auxiliatrice gratia nostras
gubernare actiones, *l. 1. C. de V. I. E.* eas magnitudine virta-
tis tuæ consummare, *d. Const.* Omnibusque nostris studiis &
laboribus in principio, medio & termino; *Nov. 109. in Praef. pr.*
adesse non dedigneris. Te verè Benevole Lector, Censor
gratiosè, seduli & submissi obtestamur, ut erratis minusque
exquisitis, que hinc inde occurrent pro candore tuo ve-
niam benignè concedere haut graveris, tyrocinium hoc
esse memorans & à tyrone datum à felicioribus feliciora
& plura desiderans, nobis sufficet hoc &

T A N T U M.

Ne

Ne reliqua charta pateat, hæc addimus

COROLLARIA.

I.

SEjæ filiam ex Cajo, licitè Sempronii filius ex Titia ducit, licet antea Sempronius Sejam carnaliter cognoverit.

II.

Clericis etsi venari haut liceat, rectè tamen piscantur.

III.

Sine consensu Electorum Imperator noster Germanicus nullum Statum proscribere potest.

IV.

In mutuo non usum tantum, ut Salmas. voluit, sed ipsam proprietatem transferri, rectè statuitur.

V.

Non mutat essentiam famosi libelli, nominis auctoris subscriptio.

VI.

Scriptum, quo legitime nato objicitur, quod spurius sit, famosum esse libellum non credimus.

Ad

Ad Pereximium atque Eruditum

D. N. RESPONDENTEM,

Amicum suum per dilectum.

Mens attenda patet. Volvisti jura Themista.
Hinc scandis Cathedram. Gratulor ex animo!

Præses.

An CONSUETUDO valeat VIM LEGIS HABERE?
Discutis in cathedrâ non sine laude tuâ.
Maeste Tuis Animis! rectè sic pergere pergas
Virtutisque tuæ digna brabea feras.

*Hæc paucula Per-Eximio atque Politissimo Dno. Rademacher/
J. U. Cultori felicissimo, Commensali atque Amico meo
singulariter dilecto αὐτοεξετάζου,*

M. Johannes Christophorus

Hundeshausen / Ampliff. Facult.

Philos. Adjunctus,





3
ULB Halle
002 725 983


SP

VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

DE 1665, 37 503.

CON- DINARIO,

IO JURIDICA, 25

Quam
NUENTE
O NUMINE,
MITTENTE
SALANA JCTORUM ORDINE,
ESIDENTE

no, Consultissimo, ac Excellentissimo
TO FRIDERICO

DITARIO in Wiflerstäd/
SORE FAMIGERATISSIMO,
NICO EMINENTISSIMO, CURIÆ
LTATIS JURIDICÆ ET SCA-
SESSORE GRAVISSIMO.

rono ac Studiorum suorum
e pie devenerando,
rii anni ab orbe redempto

OC LXIV.
cutiendam proponit
orio Jctorum

Autor
A S Rademacher
ATINUS.

E N Æ.
UELIS KREBSII,